BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIV
D
72
NAPOLI

116
2
38

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google


HIERONYMI MATRANGA
PANHORMITANI
è Congregatione Cler. Reg.
THEOLOGI
DE
ACADEMIA
SYNTAGMATA VII.
PANHORMI
In domo S. Ioseph per Antonium
martarelli 1634. Superiorum permiſsu

# Reuerendiſsimo P.

# D. PHILIPPO MARIA

# GVADAGNIO

## CONGREGATIONIS CLER. REG. PRAEPOS. GENE.

### VIGILANTISSIMO INTEGERRIMO.

NE mirere, Pater reuerendiſſime, ſi grauioribus Sacræ Theologiæ ſtudijs, te etiàm iubente applicitus, te impellente appulſus, de ACADEMIA ſcribo. Grata rerum varietas mentem demulcet, in vno arduo indipiſcendo defatigatam. Par eſt difficilia ſeriò profitentem, ſubſeciuis temporibus ludere, ociari. In ſublime collimantes pupillæ, ac defixæ, aciem acuent, quandoq; variato adſpectu, & ad iucundiora conuerſo. Quæſtionum vorticibus, ac validiori Boreà diù raptum, quis illaudet, veluti boni Naucleri limites prætergreſſum, ſi blandâ feratur aurâ, aut ſi propè littus viride ad delitias riparius feriatur? Animum nè quis deſpondeat, & nè laxatæ vires hebeſcant; à ſerijs quantiſpèr diuertere neceſſum eſt. Iuuat è Lycæo ad Permeſſum, è Nemore ad Hortos, è Pomonæ ſportis, ad Floræ calathiſcos, è Porticu ad Heliconem, è Pallade ad Muſas deflectere. Vtcumq; res ſit. Tibi hanc opellam carptim, furtiuiſq; horis intextam, do, dico, addico; cui mea omnia iampridèm lubens deuoui. Innumeris quidem nomi-

nibus

Digitized by Google

nibus mancipatam, tibi eam debeo, ſed in primis Mineruæ gratiâ; cum ardore vehementiſſimo, bonas artes, ac meliora ſtudia in dies propagare ſatagas, coneris. Sed & meà etiã cauſsà. Patrono etenim, ac defenſore, ad ſecuritatẽ mihi opus eſt, & Numine præſtite; vt omen auertat, ſi quod imminet minus fauſtum. In triuio verens, ac dubius, te Tricipitem Hermetem aduoco. Ad aram tuæ benignitatis, prò libelli fortunà vota ſuſpendo; tuaſq; manus veluti Deorum imploro. Te fauente, bonis auibus incepta iſthæc proſequar; tuoq; ferox ferar auxilio. Vale Reuerendiſſime Pater, votis annue, & vltià penſum felicitèr viue.

D. Hieronymus Matranga Cler. Reg.

Digitized by Google

# CANDIDE LECTOR.

*Altiora dum commodùm machinor, dum molior, amicorum ſuadà, prece, & imperio, vt opellam de Academià ſcriberem coactus, inque lucem proderem, etiàm non multo labore elucubratam, inuitus innui; & agrè quidèm, ſed feci tamèn. Ea profectò neque Ariſtophanis, neque Cleanthis olet lucernam; nàm quà potui celeritate, citiùs quàm gradatìm compleui, ac minore pomoerio definiui. Vereor nè feſtinanter parta, vno etiàm die conſeneſcat. Scio quoſdam hàc de re prolixius conſcripſiße; & vberiori quidèm tractatione, ſed longè diuersà. Alienam ego meſſem non meto: neq; ſpicilegium tantùm colligo, ſed noualia ſero. Non eſt vnius omnia vidiße, neque vnà ſolùm vià Corinthum aditur. Copioſus Antumnus litterarius eſt, & varius qui à varijs legitur prouentus. De ſelectiore, & curioſiore lecto, tu cum illos vidiſti, iudicium dà. Plurima menda tàm Gracis, quàm latinis characteribus Typographorum incurià ſubrexere. Hos noſtro fato, & neceſſitate compulſi inſequimur, quos cottidiè deploramus, rudiſſimos, Grammatices, & Orthographia ignariſſimos. Solers vigilia, & ſollicitudo vix profuere, vt accuratius excuderent. Iam verò hoc vnum acerbè fero, quod apicibus comiſque corroſis, ac malè iunctis vitiatiſue formulis, Satyræ, ac malè feriatis hominibus anſam præbent detractionis; qui ſi menda quadam in cortice adnotarint, totam arborem exe-crantur. Atquì ego vltrò fateor, Prouinciolam hanc, quantula ea ſit, non ità ſubij, vt ad amuſſim, & perpendiculum operari crederem, & in quadrum opus redigerem. Punctis ſingulis, omniumque & Mineruæ calculo, omnium vota ſperet nemo. Capillus etiàm vmbrà non caret. Quarè Seueriſſimos Ariſtarchos, canes venaticos, cenſoreſque Academicos, qui agminatìm libellum obſeruent, opperior lubens. Criticos ego, & Criſim, haudquaquàm deteſtor, ſed maledicta, & maledicos. Sapientis morſum, cribro diuinare ſatagentis, tolerabiliorem exiſtimo, qui ſepta tranſilit nunquàm; & non niſi graui de cauſsà detrectat, ro medallitùs perrimatà. Tantùm vos Sciolos mordaces, Muſarum Graculos, & Crabrones exeſſe precor; ſi voſmetipſos benè noſtis, & ſi quæ valent Satyrico preces. Miſerrimas quaſdam voculas, errores non diſpunctos, mendoſaſque periodos, nimiùm nè defatigate.*

Al-

# APPROBATIO.

HOc opus, cuius inſcriptio, *de Academiâ Syntagmata ſeptem*, à P. D. Hieronymo Matranga S. T. D. compoſitum,& à nonnullis noſtræ Congregationis Theologis, noſtrâ auctoritate recognitum,& approbatum, vt typis mandetur (modò iis, ad quos ſpectat, viſum fuerit) facultatem concedimus. In quorum fidem, præſentes litteras, propriâ manu ſubſcriptas,& ſolito Congregationis ſigillo munitas damus. Romæ. Apud S. Silueſtrum Montis Quirin. Idibus Februarij. M. DC. XXXVII.

D. Philippus Maria Guadagnius Præpoſit. Gen.

HIeronymi Matranga, *de Academiâ Syntagmata*, ex præſcripto Reuerendiſſimi Patris Gen. perlegimus. Quæ cum mirâ eruditione, & doctrinæ varietate ſint referta, luce, ac laude digniſſima exiſtimamus. In quorum fidem &c.

D. Ioſeph Maria Caracciolus Cler. Reg. S.T.D.

D. Placidus Maria Vanni Cler. Reg. S.T.D. & prò S. Inquiſ. Qualificator.

## SYNTAGMATVM SYLLABVS.


Syntagma I.
Academiæ Aethymon, Situs, & Apographe.
Syntagma II.
Academiæ Sublimiores.
Syntagma III.
Academiæ Vmbratiles.
Syntagma IV.
Academia ſuperior, ſeu Lycæum.
Syntagma V.
Academia Tumultuoſa.
Syntagma VI.
Academia Volatica, & Peregrina.
Syntagma VII.
Academici ritus,& Academicorum mores.

# SYNTAGMA I.
# ACADEMIAE
## ΑΕΤΗΥΜΟΝ
## SITVS, ET APOGRAPHE.

### DE ACADEMIAE ORIGINE, EIVSQVE NATALIBVS.

### CAPVT I.

### Sylloge

*ACADEMIA locus Suburbanus, Academi Herois. Academus eius loci poſſeſſor. Periphraſis Horatiana. Porticus Philoſophorum. Inambulationes. Academici Siluani Academus heros apud Lacedæmones celeberrimus. Idiotes à Pauſaniâ dicitur. Echedemia ab Echedemo. Eius rei Apodoſis. Quare Lauacrum, aut Vrbs nuncupatur. Iunius redarguitur.*

ACademiam ab Academo quodã nomen ſortitam Timon, & Eupolis teſtantur apud Laertium: *lib. 3. de vitis philoſ.* Ἐπανελθὼν δ᾽ εἰς Ἀθήνας διατρίβων ( De Platone loquitur ) Ἐν Ἀκαδημίᾳ τῷ ἐστι γυμνάσιον προάστειον ἀπὸ τινὸς ἥρωος ὀνομαθὲν ΑΚΑΔΗΜΟΥ *In Academiâ verſabatur: quæ locus eſt ſuburbanus à quodam Heroë Academo appellatus.*



Digitized by Google

Adſtipulatur Græcum Aethymon: Ἀκαδήμιον γυμνάσιον τόπος ἐστὶ πρὸ τοῦ ἄστεως ἀπὸ ΑΚΑΔΗΜΟΥ ὀνομαζομένου, διὸ καὶ Ἀκαδημία καλεῖται *Academicum Gymnaſium locus in ſuburbio poſitus. Qua propter Academiæ cognomentum obtinuit.* Mirandulæ Comes: *Academia à villà, in quà degebat Plato ab Academo Heroë ſortita nomen.*

lib. 1. exam. Doct. Gen.

Academus eius loci poſſeſſor ampliſſimas ædes, ac porticus deambulatorias, medio in nemore conſtruxit, in quas Sophiſtarum cætus conueniret. Schol: Ariſtophanis Ἦν γὰρ καὶ γυμνάσιον ἀπὸ Ἀκαδήμου τινὸς καταλήψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτοῦ, πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. ἐνταῦθα γὰρ διέτριβον οἱ φιλόσοφοι. *Gymnaſium profectò erat ab Academo quodam nuncupatum, qui poſſeſſione ſe ipſum abdicans, locum inſtaurauit, in quò Philoſophorum collegium adſtruxit.* Et Vlpianus Ἡ μὲν Ἀκαδημία ἀπὸ ἥρωός τινος Ἀκαδήμου κτίσαντος τὸν τόπον. *Academia ab Heroë quodam eius loci poſſeſſore nuncupata.* Exinde eſt quod Periphraſi Horatianà Academia, Academi Silua ſæpius dictitata.

Schol. Ariſtoph.

Contra Timocratem

*In ſiluis Academi quærere verum.*

Horat.

Ibi Porticus inambulationibus Philoſophantium affabrè diſpoſitas, Academum conſtruxiſſe ſcripſit Hor: Schol: *Academus apud Athenas porticus conſtruxit: vnde porticus Academiæ. Ex quo Academici ſiluani, ac ſiluarum alumni.*

Schol.

Academi Herois nomen, magnæ exiſtimationis erat apud Lacedæmones: cuius gratià milites, qui vniuerſam fermè Atticam depopulati erant Academiæ

pe-

pepercerunt. Refert Plutarchus : *Lacedęmonij, qui ſę pius incurſauerant Atticã* Ἀκαδημίας ἀπείχοντο διὰ τὸν Ἀκάδημον. *Academi cauſsà ab Academià abſtinuerunt*. Hunc Heroa pluries dictitatum, ἰδιώτην Priuatumque appellat Pauſanias : Ἀκαδημία χωρίον τε ἀνδρὸς ἰδιώτου: *Academia priuati olim hominis ager*.

In Theſeo. lib. 1. Attic.

Alij dictam volunt Ἐκαδήμειαν, Ἐκαδήμιαν ſeu Ἐχεδήμιαν ab Echedemo. inter quos Stephanus. Quid nì ? Fortè Echedemia prius ab Echedemo, poſteà Academia ab Academo nuncupata, Colligo ex Dicæarcho apud Plutarchum in Theſeo : qui hæc habet. *Dicaarchus tradit quod cum Echemus, & Marathas Tyndarides ex Academià eſſent bellum ſequuti, nomen ab illo obtinuiße Echedemiam* : Προσαγορευθῆναι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν. *Quę nunc appellatur Academia*. Seu malis tranſmutatione aliquà litterarum, idem prorſus ſonare Echedemian, & Academian : eundemque loci auctorem Echedemum, & Academũ.

Stephanus. Dicęarchus. Plut. i Theſ.

Hunc ſenſum expreſſiſſe videtur Læuinus Torrentius. *Academia ab Academi, qui eum locum conſecrauerat nomine dicta, quem tamen aliqui Echedemum, & Echedemiam appellarunt. Auctores inter alios Stephanus, & Plutarchus*. Academiæ Aethymon neſcio quà ratione à lauacro, aut vrbe quidam deprompſit. Fortaſsè quia propè lauacrum, aut vrbem erectam voluit. Auctore Heſychio.

In lib. 2. ep. Horat. ep. 2. N. 45

Satis miror Iunij de hac re placitum, qui non ab Aca demo originem ſuam, nomenque traxiſſe affirmat :

Heſychius. C. 1. & 2. Academ.

ſed à Cadmo Phœnice litterarũ, ac liberalium artium ſtudiorumque in Græcià inſtauratore, pluribus demonſtrat; ibique itidem Græcorum vanitatem, Hebræas antiquitates obliterantium, aperire, ac refellere nititur. Eſto Phœnices ſtudiorum primordia cæteris nationibus dediſſe; eoſque principes ignorantiæ tenebras, matutinis ſcientiarum radijs illuſtrare. Eſto; Cadmum fuiſſe primùm, qui exortas alibi diſciplinas, in Græcià propagauit, ac multiplici fęnore excoluit: quis vnquam teſtatus eſt locum illum, in quo Plato ſua dogmata tradidit, à Cadmo, non ab Academo, vel Echedemo nomen ſumpſiſſe? Videat ipſe.

## ACADEMIAE AETHYMON APVD Hebræos, atque Aramæos aperitur.

### CAPVT II.

### Sylloge.

*Academia antonomaſticè Platonis Gymnaſium. Illius nomen, collegia quæq. ſuffurantur. Sciolorum turbæ eo nomine perſonatæ. Cur Heb. ישיבה, Ieſciuah. Beth hamidraſc Genebrardo. בית־המדרש. Chenauath dangha Moyſi Aegyptio. Syra circumlocutio. Diſputatio Tritura; Scientia non niſi crebris diſquiſitionibus fulguraſcit. Academia Apum examen. Beth vanghad.*

PLatonis igitur Gymnaſium in primis Academia antonomaſticè dicitur, qđ exinde vniuerſis Italiæ,

atque

atq; exteris gentium Scholis nomen Auſpicatò dedit. Suas Academias Germania, Gallia, Hiſpania, Britannia paſſim iactant. Iam nunc conuentus omnes diſputantium, diſceptantium acies, uniuerſitates, collegia, turmatim obſtrepentium ſcholæ, porticus, ædeſque omnes, in quibus ingeniorum progymnaſmata, exercitationes, elucubrationes; in quibus, ſeu altioribus diſciplinis, ſeu litteris humanioribus ſe dedunt Mineruæ candidati, quin etiam ſciolorum congreſſus, & conſortia verſificantium; carmina aquatica, & vanas fabellas declamantium, Academiæ nomen aucupantur.

Hæc antiquiſſima, ac nobilis appellatio aggregatæ ignauiæ larua eſt, & fucatæ ſapientiæ. Inſcitiæ collegium iactabundæ, ſuis gerris ludibrio dignum; hac nuncupatione cohoneſtatur, & nomine Academiæ perſonatur.

Ad Orientales pergo. Academia Hebræis ישיבה *Ieſciuah*. Scioreſc eſt שב. *Ieſciau. Ordinauit, diſpoſuit, aptauit*. Ordo etenim, ac ſtudiorum nomos Academiæ insigne eſt. Exlex Gymnaſium nuſquam memoria dignum. Io. Buxtorf vult: Ieſciau dictam quaſi *Cconſeſſum decentium, & diſcentium*. Et in Pirchè auoth מרבה ישיבה מרבה חכמה *marbe leſciuà marbe chobmah. Multiplicans Academiam multiplicat ſcientiam*. Quo in loco Rambmme bagtus in notis. *Ieſcinah Academia, vbi confluunt Studioſi*. Huc voco Rab: Dauid de pomis תלמידים רבים מקום: *Makom thalmidim rabbim Ieſcinah: Locus diſci-* Io. Buxt. Dauid de po-

di-

*pulorum multorum Academia, aut Gymnaſium dici-tur* Ieſciuah. Sonat etiam conſiſtorium cæleſte. At Genebrardus Hebraicæ linguæ peritiſſimus, Academiam vocat *beth hamidraſc* : *Auditorium*; præcipuè vero *Theologicum*. Quod etiam Moyſes Aegyptius כנותדעא *chenauath dangha collegium ſcientiæ appellat*. Atqui כנות *chenauah* vocem Chaldaicam colle-gij, ac ſocietatis nomen pluries legi, in C. 4. Ezrel.

*Gene-brard.*

*More Nebo-chim.*

Academiam Periphraſi circumſcribunt Aramæi, Syriue: בית־דרשׁאונפקא *Droſciò vnuphoqo Domus diſcipulorum, diſputationis, diſputantium, & diſquiſitionis*. Hic nota obiter diſputationem à verbo דרש *Draſc* deriuari : *Tritura enim intellectum eſt* : Scientiam primoribus labijs haurire, nemini datum. Oligoſophos appello, qui vix arcanorum naturæ auditores, lauream à promotoribus auro, ac donarijs diripiunt, & extorquent. Rerum humanarum, diuinarumque cognitio, non niſi crebris diſcuſſionibus, attritu, triturà depuratur, ac frequentibus, ceu nubium colliſarum ictibus fulguraſcit.

Iosè filius Ioèzer Academiam, quoque בית־ועד *Beth vangad* appellauit, cum ſcriptum reliquit: *Sit domus tua, domus Academiæ congregationis. Atq; eſto, puluerem excitans, in puluere pedum Sapientum*. Adnoto pulcrè ועד à radice *iangad* יעד Synodum, congregationẽ conſeſſum ſignificare. Ex quo עדת־דבורים *gnhadath debborim. Examen apum*. Sapientum congreſſus veluti

*Ioſe.*

mel-

melleum apum examen eſt, ad quod uolare doctiores conſueuère.

## ACADEMIÆ LOCVS.
## CAPVT III.
### Sylloge

*ACADEMIA Suburbanum nemus, Piræo proximum. Piræus, & Piræus portus Athenarum. Inferior Lycæo Academia. Pomœrium eius. Rectus trames. Panopes Nimphæ fons. Spacia Academiæ. Paradromides. Ambulacra. Hortuli Epicuri. Ambulacra arboribus inumbrata. Vmbrifera Tullio. Philoſophorum horti Straboni. Nemoroſiſſimi Plutarcho. A Sylla tandem deuaſtati.*

LOcus à Platone delectus, Academi olim villa, mille paſſus ab Athenis diſtabat. Suburbanum nemus appellat Pontanus. *Pontanus.* Cuius imitatione Ximenius Hiſpanus collegium condidit, quod in ſuburbio Seguntino ius Academiæ tenet. Vrbs negotijs aptiſſima; otijs, & contemplationibus ſuburbia. *Gomez de reb. geſt. Ximenij lib. 1.* Academiam Piræo proximam fuiſſe teſtatur Appianus. *Appianus de Bello Mithridat.* Cum etenim Mithridates Piræum oppugnare decreuiſſet Ὕλην τῆς Ἀκαδημίας ἔκοπτε καὶ μηχανὰς ἐργάζετο μεγίστας: *Materiam in Academia cędebat ad ingentes machinas conſtruendas.* Πειραιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ *Piræus autem, ſeu Piræus* (ut tradit Pauſanias) *antequam Themiſtocles ad Remp. accederet, non nauale, ſed curia, & municipium fuit.* Qui poſtquam rerum ſummæ

præ-

præfuit,in eo Nauale ædificauit. In quo ſpectantur Iouis,& Mineruæ templum: ænea ſunt Deorum ſimulacra. Iupiter ſceptrum habet, & victoriam: Minerua haſtata viſitur. Longa ibidem porticus eſt, quâ pro foro vtuntur qui proximè ad mare habitant.

*Schol.* Piræeus igitur, & Phalera portus V. M. paſſus muro recedentibus Athenis, iuncti ſunt, vt tradit Schol: Pauſan. Putant alij portum fuiſſe Athenarum vrbi coniunctum, qui ſquadringentas hoſpitari poterat naues.

Si Academiam cum Lycæo æquare velis,inferiorem locum illam habuiſſe comperies,Lycæum namque vrbi propius; ſuperior inambulatio,ſuperiuſque Gymnaſium dicebatur. Refert Turnebus: *Erat Academia Gymnaſium inferius cum ſuperiori Gymnaſio nomen eſſet Lycæum: nam inferior ambulatio, & ſuperior dicebantur.* Innuit & Plato ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημείας εὐθὺ Λυκείου τὴν ἔξω τείχους ὑπ' αὐτὸ τὸ τεῖχος ἐπεὶ δ' ἐγενόμην κατὰ τὴν πυλίδα ᾗ ἡ Πανόπος κρήνη. *Ibam ex Academiâ in lycæum rectà per pomærium ſub ipſa mœnia. Tum verò ad eam portam, in quâ eſt Nympha Panopes fons perueni.* Inter hæc gymnaſia rectus trames, pomoerijs hinc inde ornatiſſimè ad delicias diſtinctus.

*Turnebus.* *In lypſide.*

Amoeniſſima ſpacia circum ædes ipſas Academiæ Philoſophorum inambulationibus expoſita, ambulacra,& paradromides dicebantur. Adluſit Cic: *Antiochus familiaris ex noſtris penè conuellit hortulis, deduxitque in Academiam per pauculis paſſibus.* Elucidat Tullium Turne-

*lib. 1 de legibus.*

ne-

nebus. *Quia in ſpacijs Academiæ Academici inambulantes diſputabant ; ex Epicuri hortulis in Academiæ ſpatia ſe pertractum ait.*

Ambulacra illa nō inculta,ſed patulis,viridibuſq; arboribus inumbrata, imbribus lucique penè imperuia. Teſtatur Eupolis apud Laertium : Ἐν Εὐσκίοις ἀδρόμοισιν Ἀκαδήμου. *In Ambulacris vmbroſis Academi.* Innuit, & Horatius : *Ad florum.*

*Scilicet vt poßem curuo dignoſcere rectum*
*Atque inter ſiluas Academi quærere, verum.*

Ea propter Tullius, vmbriferam appellat: *Cic.*

*Inque Academiâ vmbrifera, uiridique Lycæo*
*Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.*

Strabo *Philoſophorum hortos appellat,Oleis alijſque frondentiū arborū generibus conſitos* . Scribit, & Ariſtophanis Schol: Ἦν δὲ ἡ ἀκαδημία γυμνάσιόν τι ἐν Ἀθήναις ἐλαίαις καὶ ἄλλοις τισὶ δένδρεσι κατάσκιον. *Eſt autem Academia Athenis Gymnaſium, Oleis , alijſque arboribus inumbratum* . Quos iure meritò Plutarchus nemoroſiſſimos lucos fuiſſe adfirmat : Ἐπεχείρησε τοῖς ἱεροῖς ἄλσεσι καὶ τὴν Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτην προάστειον οὖσαν καὶ τὸ Λύκειον. *Sacris lucis manum iniecit , ac nemoroſiſſimam Academiam, & Lycæum inter* ( Athenarum ) *ſuburbia denudauit.* *lib. 1. Geograph. Schol. Ariſt. In Sylla.*

# CVR INSALVBRIS LOCVS à Platone delectus.

## CAPVT IIII.

### Sylloge

*PLATONIS Optio Laudata. Silua Academi inſalubris. Plato ſatum anteuertit. Locus ille depreſſus dilluuioni obnoxius. Aer impurus iugi ſpeculationi impedimento eſt. Alexini Philoſophi Gymnaſium derelictum. Platonis ad id cauſſæ motrices. Caducæ vitæ contemptus. Altiſſima Philoſophia Platonis. Aeris ſalubritate ſaluti diſcipulorum conſulendum. Ferdinandi Coloni exemplum. Locus à Principibus Turingiæ deſignatus qualis. Eſſenorum fragransiſſima ſchola. Tractus, ac Receſſus Parthenopæi. Sirenum allegoria. Vlyſſes omniſcius. Eius præceptores. Neapolitana vniuerſitas. Aegyptium ſolum & cælum. Aer iuuat ingenia. Gentes quædam ſtupidiores, & quare.*

AMœnitas loci Platonis optionem quamplurimum laudat. Et quem Diuinus ille ſenex feliciorem, ſuiſque contemplationibus magis idoneũ diſquirere poterat, quam ſuburbanum, à Platearum ſuſurro longè ſemotum; qui & animos ſuà ſolitudine, & amœnitate traheret, & ſapientum ſpeculationes iuuaret? O factum bene: pluribus deinceps proſequar. At vnũ dũtaxat vehementer admiror. Cur Academi ſiluã diſcretiſſimus ille Philoſophus elegerit?

rit?

rit? Siluâ illâ, quæ denſos vapores ſuâ opacitate ſuffo cans,& veluti præcluſis faucibus ſtrangulatos deorſum agens, aeris intemperiem,& locum reddebat inſalubrem. Audi Pontanum. *Academiam Platonis*, inquit, *amœno, ſed inſalubri loco collocatam. Qui ſuimet proditor factus, Poëtarum Lacheſim anteuertit, & fatale filum ante diem ſibi abrupit*. Locus ille depreſſus; radiorum, Soliſq; inſidiator; ſiderum calori ſecluſus, lacubus, mortuiſque laticibus immerſus, aerem infectum contagio, veluti nubilo obducebat. Huc voco eloquentiæ patronum. *Imò verò & iſtam, & totam veterem Academiam diu renouari à te, niſi moleſtum eſt velim. Tranſlatio eſt*(inquit Turnebus)*à locis depreſſis cuiuſmodi erat Academia, vbi Plato docebat, ſunt enim obnoxia dilluuioni*.

*Pontanus.*

*lib. 1. de quæſt. Acad.*

*Turnebus.*

Deerant fortè Athenis Pomœria, quæ, adſurgentes cliuos, colliculoſque viridi induſio conueſtiebant? Deerant ſaluberrima ſimul, delicijſq; adfluentia prata? Præter labentia ſiluas flumina? Deerat Lycęum quò Medicorum cōſilio Gymnaſium trāſferre debuerat? Athenarum,& aeris tēperies,& vernantia viridaria,& conſita nemora,& aprica vireta quem latent? Quid ergò peſtilenti prorſus Academiâ contentus, ibi ſynaxim ſophiſtarum agebat, vbi corpora loci inſalubritate confecta, citius opprimerentur? vbi impurū liuidūq; Cęlū diutinæ, ac iugi rerum ſpeculationi, impedimento fore ſciebat? At Pla

to de Academiæ, in Gymnaſium, optione admirabili ratione cauſſatur. Accipe quæ de hac re ſcripſit Cælus: *Plato cum corporis habitudine vteretur nimium proſperà, quæ veluti vitis luxurians foret reſecanda, Academiã inſalubrem Atticæ locum delegit, quà quod redundans nimiumque ſentiebat, loci intemperie ſupprimeretur.* Sed ante illum cauſſam attigit Aelianus. ὁ Πλάτων νοσερῦ χωρίου λεγομένου εἶναι καὶ ἀκαδημίας, καὶ συμβουλευόντων αὐτῷ ἰατρῶν εἰς τὸ λύκειον μετοικῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν εἰπὼν ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν οὐδὲ εἰς τὰ ἄκρατα τοῦ Ἄθω μετῴκησα ἂν ὑπὲρ τοῦ μακροβιωτέρου γενέσθαι. *Plato cum Academia diceretur locus peſtilens eſſe, & conſultò dicerent Medici, vt ſcholam in Lycæum transferret; nequaquam obtemperauit dicens. Atquì ego producendæ vitæ cauſſà, ne in Atho quidem montis apicem tranſmigrare velim.* O altiſſimam Theoriam, & tanto viro planè dignã. Ad Philoſophiæ coronides peruenerat, Naturæ iuga cõſcenderat, mundũ mente ſubegerat, idcircò corpus, vitamq; flocci habebat. Viden? quam ſubtili ſpeculatione Phyſin rimatus fuerit, qui corporis ſui caducam habitudinem, nè dum cognouit, ſed etiam externis occaſionibus ad exitium pronam, calcare adhibito concitauit: vt mens perfectiſſimis intelligentijs ab omni incorruptibilitate, & corruptione ſegregatis, coniungeretur. Pudeat Philoſophos Chriſtianos: & ſpe cœleſtium admotà immoderatà victus ratione contemptà, ad ſupernam viſionem obtinendam vehementius adſurgant.

lib. 21 c. 10

lib. 9. var.

At

At tanti viri pace dictum. Saluti ſpeculantium conſulendum maximè eſt. *Sit locus* (vt cū Pontano loquar) *ſolitudini ſimilis, imprimiſque à puritate, ac ſalubritate Cæli commendatus.* Corpora vbi malâ habitudine laborauerint, ex tempore mens hebeſcit. Ac valetudini incumbens animus, ſtudijs operam nauare non poterit. Organa quæ ſpeculationi inſeruiunt ſi imbecilla ſint, vel pauliſper lædantur ociari, ac deſidere neceſſum eſt. Vigor igitur, ac aſſiduitas ſtudiorum, bonâ corporis habitudine indiget: hæc verò à Cæli puritate iuuatur. *Pontanus.*

Alexinus Philoſophus Elienſis, vt refert Poſſeuinus, *quamuis auditoribus nimium eſſet acceptus, ac probatæ ſcientiæ, attamen, cum in loco parum ſalubri gymnaſium haberet, ab vniuerſis auditoribus (inuitis quidem) deſertus fuit.* Si exempla cupis; en tibi vltrò Ferdinandum colonum Genuenſis Chriſtophori filium; qui auctore Motamoro: *vt erat eximius ſingulariſque Philoſophus, ædes ad Bætim operosè magnificentiſſimeque ad ficauit in loco ſalubri, & amœno, muris etiam maxime conuenienti. Has circùm topiario opere exornauit; vbi conſtruxit etiam ampliſſimam Bibliothecam, quæ XXV. MIL. librorum dicitur habuiſſe.* Requiſiti iam Illuſtriſſimi, ac Religioſiſſimi Principes Lantgrauij Turingiæ, & Marchiones Miſnæ (ſi Ioh: Cochl: credas) *adſignauerunt prò publicà ſtudiorum profeſſione locum per quam idoneū* *lib. 1. Biblioth.* *Metamor.* *lib. 1. hiſtor. Huſſit.*

*celebre oppidum Lipſiam: vbi & ager fertilis, & aer ſalubris exiſtit*. Gymnaſiorum in quibus lauabant, loca opportuna, præcipit quidam, ut fontibus, & àëris ſalubritate ſint conſpicua. Præcepta refero. *Fontanas autem aquas, ſiue fons ſit, ſiue fluuius, cum plantationibus, & ædificijs exornent, laticibuſque, per ſubterraneos canales deriuatis, irrigent, ità vt fertile reddant ſolum. Et ſi forte lucus erit ſacer, aut delubrum in propinquo ſit ſitum; deriuatis laticibus exornent.* Πανταχῆ δ' ἐν τοῖς τοιούτοις Γυμνάσια χρὴ κατασκευάζειν τοὺς νέους, ἑαυτοῖς τε καὶ τοῖς γέρουσι γεροντικὰ λατρὰ θερμὰ παρέχοντας. *His vero amœniſſimis locis iuuenes ſibi, &*
a *ſenibus Gymnaſia accomodent, ſenibuſq; ſenilia lauacrà exhibeant. Cydni* (ait Strabo,) *Rapidiſſima frigida,*
lib. 14 *& ſalubris aqua iuxtà Gymnaſium Iuniorum fluit.* Profectò haud diſſimilia ſint Gymnaſia ſtudijs contemplationibuſque deputata: amœnitas loci, mentis laboribus diutinis corpori defatigato opem ferat, ac vires addat.

Eſsæni, qui ſectam inter Iudæos peculiarem creauère, (refert Philo) *vt honeſtiores diſciplinas liberius*
lib. de vità Moſis. *ſectarentur, Scholas ſuas, atque gymnaſia ad lacũ Aſphaltitem, & hortos Balſami, atque Palmarum inſtituère.* Ità quidem ſuauius fragrabant contemplantium ingenia, quam Balſama. Loci delitiæ, atque amœniſſimi tractus Parthenopæi nobiliſſimos alunt Academicos, qui ob Eloquentiæ melos Sirenum cognomentum à Pontano meruère. Illum audi. *De Sirenum*
lib. 6. Belli Neapoli.

*can-*

*cantu Neapoli peruulgata fabella: ad eloquentia, ac littera rum ſtudia accomodari poſſe videntur: quod in ea loca ob amœnitatem, & diſciplinarum ſtudia Sirenes Regni peregrinos attraxerint: ad quas etiam Homericus ille Vlyſſes peruenit; qui à Calypſo Aſtronomiam, ab Aeolo Phyſiologiam, à Circe Magiam hauxiſſe perhibetur. Itaque receſſus ille Parthenopeus Muſis iam olim conſecratus fuit, maximè cùm etiam Zeno, & Parmenides ſummi Philoſophi ſatis propinquis è locis oriundi fuerint.* Pontano fidem facit Strabo. *Neapoli celeberrima vniuerſitas ob opportunitatem, ac ſalubritatem loci.* lib. 5.

Aeris ipſa ſerenitas ad Cælorum contemplationẽ iuuat, trahit, rapit hominum mentes, atque inſcitiæ turbines diſcutere ſolet. Aegyptij teſte Oratorum Principe, *In camporum patentium æquoribus habitantes, cum nihil ex terra extaret, quod Cæli contemplationi officere poſſet, omnem curam in ſiderum cognitione poſuerunt.* lib. 1. de Diuinat.

Confert ingenijs Aer, atque animus, quem Aereũ tropicè appellant, ipſa aeris ſalubritate reuiuiſcit, cõceptuum copias eructat, ſuauiſſimeq; exhalat. Reſpirant ſudo Cælo mentes grauidæ, atque ab aere ingenia extimulari docet Hippocrates, effœtaſque iã, iterũ animari ad nouos partus. Indos ſanè Aethiopibus acutiores eſſe, tradit Volater: Atticos Thebanis ſcribit Cic: Septentrionalibus, Meridionales fatetur Rhodig: *Quia in aere puriore tenui, & minus craſſo verſantur.* Hippocrates lib. 3. lib. 2. de nat. Deor. lib. 13.

La-

Laceſſunt prouocát ſopitos intellectus concurſantes auræ, & erumpentes gemmas, iteratis verberant ſuſurris.

## ACADEMIAE EXTERIORIS Apographe.

## CAPVT V.

### Sylloge

*AEDES magnificentiſſimè conſtructæ. Locus conſitus, ornatuſque. Paradromides, & Paradromos quid. Xyſtorum ſenſus denoctatur. Hypæthre, Hypæthrios, & Hypæthros quid. Aeſtiuæ, atque Hybernæ inambulationes. Athletæ Xyſtici. Xyſti porticus ſecreta. Arborum ordines in Hypæthris. Planta Apragmoſyne. Olea ſecunda ex Academiâ prodÿt. Celeberrima Virorum monumenta. Platonis tumulus.*

OPTIMA arte Academum ſuas ædes, ac magnificentiſſimè conſtruxiſſe, tradit Strabo: lib. 9. *Similiter, & Academia, & Philoſophorum horti, & cantorum receptaculum, & Porticus varia, & templa per Vrbem: Quæ omnia artificum habebant opera.*

Ædium pretium, ſumptuſque in ædibus adſtruendis impenſos, notauit Plutarchus: De Exulio. Ἡ δὲ Ἀκαδη-
μία

δημία τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος, καὶ Ξενοκράτους, καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβιούντων τὸν ἅπαντα χρόνον. *Academia tribus drachmarum millibus empta, domicilium fuit Platonis, Xenocratis, & Polemonis, ibi diſputantium, ac totam ætatem conterentium.* Conſitus hic locus erat arboribus pulcherrimis, denſiſſimis ſine luce conſpicuus lucis, & templis Deorum, Monumentis etiam fortium virorum ornatus. Ibidem quoq; erat Gymnaſiũ, in quo ſeſe Philoſophi in primis exercitabant, vt in Lycæo. His breuiter Turnebus Academiam deſcripſit.

Inambulationes Philoſophorum exercitationibus diſpoſitæ, *Paradromides* παραδρομίδες Vocabantur *Paradromos.* namque inambulatio eſt. Vitruuius Xyſtos appellat. At denotanda eſt Xyſti ſignificatio. Hic namque ait fuiſſe *Porticus amplas Hybernæ Athletarum exercitationi accomodatas*: vnde qui in ijs exercebantur dicebantur *Xyſtici.* Alij pleriq; inter quos Budæus *Xyſtos* (ait) *eſſe ſubdiales inambulationes arborum generibus diſtinctas, quas & Hypæthras* ὑπαίθρας Græci appellant. Vnde ὑπαίθριος, & ὕπαιθρος. *Hypætros Hypætrios ſub dio, abſque tecto, ſubdialis, ſub Ioue aperto.* Pliniũ Iuniorẽ adſtipulatorem habeo. *Ante Porticum, Xyſtus conſitus in plurimas ſpecies, diſtinctaſque Buxo.* Xyſtos igitur extrà porticus Academia habebat; æſtiuis, atq; hybernis inambulationibus deſtinatos: vt Platonis, ac Stagiritæ diſcipuli nubilo, ſerẽ-

*Vitruuius.*

*In Pãdectis.*

*Plin. Iun.*

noque Cælo inambulantes diſputare poſſent: Athletarum more ſeſe Argumentis, ceu Xyſtis haſtiſue exercentes. Huc pergit Alex. *Xyſtici dicuntur, quod in Xyſtis, veluti in Gymnaſiis nudi exercebantur, vnde & Athletæ appellantur Xyſtici. Xyſtos autẽ longas fuiſſe porticus amplâ latitudine, & Gymnaſia vbi deambulationes eſſent, & arbores plerumque digeſta, in quibus Athletæ hybernis ſæpe temporibus luctabant; quas Græci Hypæthras, ſeu Paradromidas dicunt, inſtar illorum qui in Atticâ fuère Gymnaſia, quæ tria vel maximè memorantur: Lyceum, Cynoſarges, & Academia.* Videſis Hypæthras inambulationes à Xyſtis, & porticibus ſegregatas; vnde hallucinantur, qui vtraſque confundunt. Olearum ordines hypæthras conueſtiebant. Prodidit Ariſtophanes in nubibus

lib. 3. Genial. cap.

Ariſtoph.

Εἰς ἀκαδημίαν κατιὼν ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξεις.

*In Academià ſub Oliuis Morijs expatiaberis.*

At de his infrà. Meminit, & Ariſtophanes arboris cuiuſdam *Apragmoſynes*, quam Schol.; & Ariſtophanes, itidem Grammaticus Albam fuiſſe, Platano non abſimilem refert, quæ in Academià maximè omniũ cõſpicua erat. ἄνθος ἄνθους πᾶσαν εὐωδίαν ἔχων *Floris ſpecies omnem fragrantiam expirans.* Inter hæc ait Pauſanias, φυτὸν εἶναι ἐλαίας δεύτερον τοῦτο λεγόμενον, φανῆναι. *Olea arbuſtum, quod ſecundò fertur è terrà prodijſſe.* Celeberrima Heroum monumenta inibi paſſim ere.

Idem. Schol. Ariſtoph. Gram.

In Atticis lib. 1

erecta, atque Academicos ſpectatores habebant. Pauſanias: Οἱ δὲ ἄλλοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται ἐς Ἀκαδημίαν. *Alij omnes Heroes, ac celeberrimi Philoſophi in viâ ſunt ſepulti, quæ ad Academiam rectà deducit.* ibique etiam Platonis ipſius Tumulum fuiſſe perpetuitati, & immortalitati commendatum Laertius, ac idem Pauſanias tradidêre Ἀκαδημίας δ᾽ οὐ πόῤῥω Πλάτωνος Μνῆμα ἐστιν. *Non longè ab Academià Monumentum eſt Platonis.* *Pauſanias* *Laertius*

## INTERIORIS ACADEMIAE DESCRIPTIO.

### CAPVT VI.

### Sylloge

*PORTICVS exornata. Academià elegantius Adagium. Dianæ Artemidos ſimulacrum. Hermathenæ Academiæ ſimulacra. Tuſculani Gymnaſij Numen tutelare. Hermathenarum allegoria. Hermeraclea. Cur Hercules Muſarum Comes. Sol Gymnaſij Deus. Rhodiorum Coloſſus, & Gymnaſium. Cupido in Academià coronatus. Mendum in Pauſaniâ adnotatum. Amoris ſtatua. Charmi inſcriptio. Charmus Syracuſius quis. Cum Athenienſi confunditur. Promethei Muſarum, Herculis, Mineruæ aræ Academiæ præſides. Iupiter Morius. Amori, & Palladi vnà ſacrificabatur. Sophiſtæ ſuperbi, ac ſcioli. Planetæ errantes etiam Coſmi, & ordinibus acti.*



Digitized by Google

Porticus, atque ædes ipſas ingredior, quæ nimiũ cultæ, atque ornatæ gratum intuentibus uiſum, curioſumque præſtabant. Colligo ex Antiphane, qui Philoſophũ elegantius cultum, vbi depinxiſſet, *Academię faciem gerere adſimilem dixit. Quid neceſſe eſt plura dicere.* Τὴν Ἀκαδημίαν δοκῶ. *Ipſam videre videor Academiam* Exinde inter adagia re'atum illu l *Academià elegantior*. Intrà porticum, Dianæ Artemidos ſtatua, ac ſigna primà fronte videntur. Pauſaniam denoſco. Κατιοῦσι δ' ἐπ' αὐτὴν περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης. Subdo ἄγαλμα ſeu μνῆμα. *Introeuntibus Dianæ monumentum pulcherrimæ, atque optimę, eiuſque ſigna intrà porticum occurrant*. In obuio eius adytu ſiſte pedem: ibi Amoris ſtatuam, atque aram cum inſcriptione eà leges. Charmum Athenienſium primùm illam Cupidini dedicaſſe. At quis fuerit iſte Charmus haud certè ſciò. Quod ſi coniecturà vti licet, eſſe ſuſpicor Syracuſium Poetam, qui (Athenæo Auctore) in ſingula, quæ apponerentur verſiculos, ac parœmias promebat. Vti illud quod circũfertur Ἥκω λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος. *Venio Aegeum linquens ſalſam profunditatem.* Ad piſcem alludit. Verba ipſius Pauſaniæ integra refero. Πρὸ τῆς ἐσόδου τῆς εἰς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος ἔχων ἐπίγραμμα ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀναθείη. *In primà Academiæ fac e quà patent ingredientibus fores, ara eſt Amoris, cum epigrammate,*

Ariſtophanes

Pauſanias.

Athenæus.

*te,*

*te, quod Charmus Athenienſis primus Cupidini poſuit.* Sed ſcrupulus obeſt hactenus dictis; Charmus enim ille non Syracuſius, ſed Athenienſium primus fuiſſe dicitur. At de hac re aliàs plura.

Pergit Pauſanias Ἐν Ἀκαδημίᾳ δ' ἐςὶ Προμηθέως βωμὸς, ἔστιν δ' Μουσῶν, καὶ ἕτερος Ἑρμοῦ, καὶ ἔνδον Ἀθηνᾶς, τὸ δ' Ἡρακλέους ἐποίησαν βωμόν. *In Academiâ Promethei ara ſpectatur: eſt mihi Muſarum etiam, Hermeiis & altera: intus verò Mineruæ vnam, alteram vero Herculi erexerunt.*

Exìn factitatum puto, vt Gymnaſijs *Hermathenæ* collocarentur, ſimulacra nimirum Hermetis, & Mineruæ. Ad Atticum Cic. ſcribens de ſuo Gymnaſio Tuſculano hęc habet. *Quod ad me de Hermathenâ ſcribis, per mihi gratum eſt, & ornamentum Academiæ proprium meæ.* De Hermathenâ Tuſculanæ Academiæ addit Turnebus. *Hermathena ſignum erat in vnâ baſi Mercurii, & Mineruæ. Poſuit autem iſtud ſignũ Cicero in Gymnaſio ſuo, in Academiâ villæ Tuſculanæ, propterea quod Mercurius Deus eſt omnium Gymnaſiorũ communis, tam eorum, quæ animi ſunt, quàm corporis. Minerua autem ſingularis, & propria erat Gymnaſii, quod inſtituerat ad cultum animi tantum, & ad diſputationes, commentationeſque de Philoſophiæ ſtudijs; cum liberaliũ artium prǫſes ſit.* *Ad Atticum.*

Hermathenarum ſimilitudine *Hermeracleas* diſponebant. Teſtatur Ariſtides. Ἑρμοῦ τε καὶ Ἡρακλέους ἐςὶν νῦν ἄγαλμα κοινά. *Mercurij, & Herculis communia ſigna ſunt.* *lib. 8. aduerſ. c. vlt.*

ſunt. At quarè Hercules Muſarum comes in Academiâ? Cauſſam reddit Eumenius apud Gyraldum. *Aedem Herculis, & Muſarum in circo Flaminio Fuluius erexit. Quod Hrcules ſit Muſagetes Harum ſigna Camœnarum ſub tutelâ fortiſſimi Numinis conſecrauit: vt res à mutuis operibus, ac præmijs ornari iuuarique poſſet. Muſarum quies defenſione Herculis, & virtus Herculis voce Muſarum.*

Syntag. de Muſis.

Amor Artemis, Minerua, Muſæ, Prometheus, Hercules; Academiæ præſides. Litterarum, namq; ſtudioſos, quos Phyſiologiæ ardor in vnum coegit mutuà beneuolentià viciſsim colligari oportet. Vitæ puritati, ac ſolitudini incumbant, cuius Dea præſtes Diana. Vitiorum domitores Herculis exemplo de efferatis animorum adfectibus referant triumphos. Cæleſtes flammulas ſublimi meditatione rapiant, vt vitam inde trahat vulgus inſipiens exanimis. Muſis, ac ſapientiæ ſeſe ſuaque deuoueant mancipatos. Iouis etiam Morij ſtatuam in Academiâ excitatam refert Cælius. Ariſtides idem Ἡλίοιο Ἀνάθημα, Gymnaſium appellauit. Soli (videlicet) ſacrum. Fortaſsè Coloſſi Rhodiorum meminit, cui proximum Gymnaſium erat. Athletarum ne fuerit lauantium, an audientium inferius prodam. Solis ſimulacro Academiam ornare non dedecet. Congruere nimium videtur Numen ſplendidum, ut diſcentium mentes, atque intelligentias irradiet.

lib. 12 c. 19

plu-

Plutarchus. In Ero: pulcherrimè finxit Cupidinem à ſapientiſſimis hominibus ex Helicone, Academiam uerſus volitare coronatum quidem, ac florentibus ſertis redimitum. Plut. i Ero.

Notatu dignum amoris, ac Palladis aras, eorum que ſimulacra eà arte diſpoſita, vt geminis Academiæ tutelaribus vno prorſus ſacrificio litari poſſet. Luculenter id teſtatur Rhodiginus *Qui Athenas aduertimus, vndè ſcientiarum veluti fluenta in Orbem terrarum effuſa, Academiæ nobile Gymnaſium Pallados quidem Numini dedicaſſe: cæterùm inibi quoque Amoris ſimulacrum ità excitaſſe, vt res diuina vtrique perageretur.* Socius ſemper ſapientiæ amor eſt, aut aſſecla. Pſeudoſophos dixeris, qui totam ſciendi rationem, in contentionibus, atque contumelijs, varijſq; dicterijs ſitam eſſe malunt. Schiſmati, Ambitioni, Philautiæ, eique ſcientiæ, quæ inflat, deditos arbitrare illos, qui ſibi met ipſis ſapiunt, qui nec diſcere, nec docere ſciunt niſi obſtrepant, ac cæteros omnes veluti ſcholarum primates illidant contemnant. Eorum oculis vniuerſi vileſcunt, deſipiunt, hebeſcunt. O inflatos, ac vaniſſimos vtres, obſtreperos Lares, ignauiſſimas rabulas; inanes reſonatis, imò & crocitatis, vacui ſtridetis. Sapiens profectò omnes in pretio habet: ſi cum ſapientioribus diuerſatur, ſapientiam ſuperaddit, ſin minus alienis erroribus cauet, ne erret; quinimò & aliorum errores, lib. 16 c. 24.

cauſſatur. Nec enim idcircò Acoſmi Planetæ dicuntur, quod errones ſint. Suis illi ordinibus, ac gyris procedunt. Non igitur Planetas confuſo, ac dubio errantes itinere, ſed ordinatà uertigine ſuis epicyclis circumactos arbitrare ſapientes. Quos tu conceptus uagos, erroneoſque exiſtimas, non ſine rationis lege comperies.

## DE OLEIS MORIIS IN ACADEMIA conſitis.

## CAPVT VII.

### Sylloge

*MORIAE Palladi ſacræ. In Acropoli Athenarum enatæ. Nominis Ratio. Ab Halirrhothij* μόρου, *ſeu fato. Alia origo, et nomenclatura. Oleæ Academiæ illaſæ. Mors eas cædentibus mulcta. Lacedæmones venerabantur. Epidaurij legati, apud Athenienſes quare? Aliud nominis Ethymon.*

OLeas Academiæ Morias, Mineruæ ſacras dixit Ariſtophanes. Id clarius habet
*Ariſtoph. ĩ nubib' Schol.* Schol: Περὶ ἀυτὸν δ' ἦσαν ἱεραὶ ἐλαῖαι τῆς θεοῦ ἀκαλοῦνται μορίαι. *Circà Academiam ſacrę Oleę Palladi dicatæ Morię uocantur.*

Oleas,

Oleas, quæ in Athenarum arce conſitas habebãt Morias appellabant. Ἐν ἀκροπόλει ἀθηνᾶς. Mox fabellam intexuit, Λέγουσι γὰρ ὅτι Ἁλιῤῥόθιος ὁ παῖς Ποσειδῶνος ἠθέλησεν ἐκκόψαι αὐτὰς διὰ τὸ τῆς ἐλαίας εὑρεθείσης κριθῆναι Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν. Ὁ δὲ ἀνατείνας τὸν πέλεκυν, καὶ ταύτης ἀποτυχὼν ἔπληξεν ἑαυτὸν, καὶ ἀπέθανε. διὰ τοῦτο μορίαι ἐλαίαι ἐκλήθησαν ἀπὸ μόρου, καὶ φόνου. Quæ Scholiaſtis verba ſic latinè reddo. *Ferunt quod cũ Halirrhothius Neptuni filius, ob adinuenta Oleę iudicium, Oleas amputare decreuiſſet, ſecurim manu tenebat, qua caſu elabens ſe ipſum vulnerauit, atque interfecit; propterea ab Halirrhothij fato, quæ* μόρος, καὶ φόνος *dicitur; Morię appellatę.* Adſentitur Cęlius. *Ferunt nonnulli Halirrhothium* Neptuni *filium Oleas adortum excidere; quandò inuentà Oleà Urbs Mineruę fuiſſet adiudicata; inter cędendum verò aberraſſe, & ſecurim ſibimet impegiſſe, atq; inde decubuiſſe.* Alteram cognomenti rationem ſubdit Scholiaſtes : lib. 12 c. 19 Schol.

Ἢ διὰ τὸ πάντα ἄνθρωπον κεκτημένον ἐλαίας ἀναγκάζεσθαι μέρος τι παρέχειν εἰς παναθήναια: κέραμον γὰρ ἐλαίου ἐλάμβανον οἱ νικῶντες. ἐπεφύτευντο δὲ ἐν τῷ γυμνασίῳ δένδρα. *Quia quiſquis Oleas poſſidebat, portionem, quam meros vocant, Panathenęis inferebat : vt ceramum Olei acciperent victores. Arborem autem Oleæ, idcircò in Gymnaſio plantauere.* Nec abs re eſt, quod Cælius refert. Sacras fuiſſe in Academiâ Morias, & cũ imprecationibus diris mulctabant, ſi quis eas oblæſiſſet. Quarè irrumpentes Lacedæmonij illis pepercerunt. Luculentiſſimè Calim

D Ethy-

Suidas Ethymon expreſſit Suidas. Moriæ dicuntur quoniá ἐμερίζοντό τε καὶ ἐνέμοντο τὸ ἔλαιον ἐξ αὐτῶν Ἀθηναῖοι ἅπαντες. *Quod in partes diuidebant, atque æquà portione Oleum Athenienſibus diſtribuebatur.* Nominis origo magis

H. Steph. rei conſentanea videtur. Ὅτι δημοσίαν μοῖραν ἐκ τῶν καρπῶν ἐλάμβανον. *Quia nimirum publico fato mulctabatur, quicunque de Olea fructibus decerpſiſſet.* In tantâ fuere veneratione Oleæ ſacræ apud Athenienſes; vt

In Terpſichore. Epidaurij auctore Herodoto, *Legatos mitterẽt, vt poteſtate iure obtẽtâ partẽ citrà mulctam excerpere potuiſſent.*

## DE LVDIS PANATHENAICIS qui in Academiâ fiebant.

## CAPVT VIII.

### Sylloge.

*MOriæ in Academiâ vbi Panathenæa fiebant. Ludorum Hypotypoſis. Daduchia. Lampadum traditiones in honorem Mineruæ. A Promethei arà currebant. Panathenæa humanæ vitæ ſymbola. Academiæ Apodoſis. Intellectibus pugnare, facibus decertare eſt.*

AT quarè, inquam, tantâ obſeruantiâ, ac Religione in Academiâ ſacræ Oleæ conſeruabantur? Forſan quia ſapientiſſimæ *Palladi ſcuntia-*

*ium*

rùm præſidi ſacra erant, quę & ſignanter pacem excultã à ſtudioſis exprimerẽt. Cauſſam quoque tradidit Schol: Ariſtoph: Περὶ ἀυτὴν μορίαι ἐξ ὧν τὸ ἔλαιον τῶν Παναθηναίων: *Circà Academiam Moria viſebantur, ex quibus Panathenaeorum Oleum fiebat: quod quia vniuerſis diſtribuebatur, Morion illi cognomentum adoptatum fuit.* Adſtipulatur & Athenæus: *Panathenaica ſiquidem fieri,* inquit, ἐν γυμνασίοις Ακαδημίας. *in Academia Gymnaſijs.* Schol. Ariſt. lib. 2

Panathenæa feſta fuere à Prometheo inſtituta, lampadibus accenſis. Eraſmum in adagijs huc vocò. *Currentes facem accenſam geſtabant. Eam defatigatus proximo in manum dabat. Item defeſſus alij, ac deinceps alius alij ſucceſſione tradebant inuicem. Hiſtoriæ Prometheę, quaſi ſimulacrum repręſentantes, quemadmodum ferulam quà Cęleſtem ignem exceperat, nè rurſus extingueretur perpetuo motu iactarit in terram deuolans.* Hinc ortum adagium illud: Λαμπαδουχεῖν *Geſtare faces.* Et illud: *Curſu Lampada trado.* Plato etiam exiſtimat, *Daduchias,* & lampadum, facumque traditiones in honorem Mineruæ celebratas. lib. 1 de legibus.

Curſores in Panathenaicis ludis à *Promethei arà,* quam in Academià diximus excitatam, ceu è carceribus ſoluebant curſum. Pauſanias in Atticis: lib. 1

Εν Ακαδημίᾳ δ᾽ ἐστὶ Προμηθέως βωμὸς, καὶ θέουσιν ἀπ᾽ αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. *In Academià Promethei ara eſt, à quà homines in vrbem accenſas lampadas præferen-*

*tes decurrunt. In eo enim certamen erat, vt in curſu acceнſæ referrentur; cuius enim fax extincta fuerit is, victoriâ ſucceſſori cedit: quod ſi nulli ardentem perferre licitum fuerit, palma in medio relinquitur.* Vrceũ profectò Olei capiebant victores: vti ex Ariſtoph: Schol: vidimus.

His ludis humanę vitę ſeriem ſucceſſionemque, congruà ſimilitudine exprimebant. Filijs nãque, & nepotibus, deffeſſi ac ſenio confecti genitores, vitæ lampada tradunt, atque hi poſteris. Aequa omnibus mors, decurrentes omnes inter anhelitus penè delapſos, deiectoſque vniuerſos extinguet. Sed ſi lubet, ad Academiam noſtram redeamus. Quid Lãpadum in Academià traditio? Quid curſus? & Victoria? niſi lumen illud ſapientiæ quod præceptores ſuis tradunt auditoribus? Argumentis, diſceptationibus, problematibus pugnare, lampadibus decertare eſt. Ex Academià prodeunt mille Oratorum faces, ac totidem Naturæ ſpeculatorum lumina, iuuenibus paſſim obuia, quæ eos ſæpè ſæpius ab ignorantiæ tenebris auocant. Currit facibus conſtipata mens, dum Naturæ latebras natiuo lumine perſcrutatur. Currit flammulas gerens, dum per arcana Naturæ luce comite diſcurrit. O Felices ludos, vbi in Gymnaſijs videas illuſtres ſpeculationum faculas, hinc inde circumagi; ac Orbium motus, numeroſam Siderum prolem trahentis, æmulatrices. Arguit ille, redarguit iſte; hic iterũ atq; iterum toto impetu,

toto

toto fertur conatu,opinionem ſuã laudabili contentione inexſtinctã ſeruare ſatagit. Ille itidem aut fallacià victus, aut eloquentię pleniori lumine veluti ambuſtus, & occaſu heliaco cędit, deficit, à curſu deſiſtit.

## ACADEMICA SOLITVDO

## CAPVT IX.

### Sylloge

*LOcus ſolitarius à ſcholaſtico ſeligendus. Plato Cygnus. Cicada. Silua Muſarũ ſeceſſus. Nauſithoi fuga. Apragmoſyne* Ἀσφάλεια. *Polypragmoſyne. Nemora Muſis amica. Solitudinis laus. Philoſophi volucribus adſociantur. Vmbræ ſtudiorum adiutrices. Adami Hortus. Viriditas oculo gratiſſima. Auctoris votum.*

EN tibi perfectiſſimæ Academiæ ſpecimen; quiſquis es, qui Phyſiologiæ cupidus in dies proficere ſatagis. Locum tibi delige à tumultibus, negotijſque remotum. Caue nè tecum iurgia feras, nè plateas tecum circumferas, nè lites, & vitilitigatores trahas. Platonem appono, qui iure optimo, vt refert Pauſanias, in Cygni ſpeciem auolaſſe, à ſuo, *Pauſa.* vel ingrato aſſeclà, & alumno Peripateticorũ Prin-

ci.

cipe, Genio reuelante viſus fuit. Is procul eſſe curas iuſſit, vrbanaſq; ſollicitudines exceſſe, vt ſuburbanam ſolitudinem colere potuiſſet; atque ad inſtar ſatagentis Cicadæ, inter denſiſſimas nemorum vmbras cantillabat. Concinnè Timon: *Timon*

> Τῶν πάντων δ' ἡγεῖτο πλατύστατος· ἀλλ' ἀγόρης τις;
> Ἡδυεπὴς τέττιξιν ἰσογράφος οἵτ' Ἀκαδήμου
> Δένδρεσι ἐφιζόμενον ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν.

Henricus Stephanus comptè reſtituit: *H. Stephs.*

> *Hos, inter Dux ille Plato celſiſſimus ibat,*
> *Cuius ab ore melos manabat, quale Academi*
> *Arbuſtis, lepidà modulantur voce Cicadæ.*

*lib. 2* Referente Philoſtrato de Vitis Sophiſtarum, Adrianum Oratorem tantà ſuauitate eius ætatis viri audiebant, perindè ac ſuauiſſimam Luſciniam vmbrarum hoſpitã. Ἠκροῶντο δ' ὥσπερ εὐστομούσης ἀηδόνος. *Audiebant ipſum vt eloquentem Luſciniam. Inter nemora, atque ſaltus enutritam.* Eleganter etiam Nicolaus Nancelius, in Analog. Microcoſmi ad Macrocoſmum. *Platonis Gymnaſium Academicos hortos, & opacum nemus appellat.* *lib. 3.*

*Gehlerid. in Apcu ld.* Id vltrò ſuadet Michael Gehlerid: *Diligens ſcholaſticus Muſis ſuis ſeceſſum quærat, & loca quæ procul à negotijs ſunt, vt Horatius inquit.* An non admiraris Nauſithoum, qui vt inquit Plutarchus de Exulio, amplã ſpacijs Hyperian deſerens, quod vicini ei eſſent *Plut.*

ſent

ſent Cyclopes, in inſulam commigrauit, quæ à reliquis mortalibus, Ἀνεπίμικτος ἀπάνευθε, *remota erat, & quietis domicilium*; ibiq; ſuauiſſimam conciuibus ſuis viuẽndi rationem parauit. Ariſtophanes poſuit in Academiâ Ἀπραγμοσύνην φυτὸν Plantã *Apragmoſyne*, quæ fragrantiſſimo odore vitæ quoque tranquillitatem, placidam quietem, ocium à curis, & ſollicitudinibus expeditum exhalaret. Luculenter Scholiaſtes: Ponitur Ἀπραγμοσύνη ἀντὶ πολυπραγμοσύνης *Apragmoſyne antithesis eſt polypragmoſynes*: idemq; prorſus ſonat, quod *Aſphalia ſecuritas*. Sapiens, namque in Academicâ ſolitudine degens vitam ſummâ cum pace, quiete, ac ſecuritate traducit.

*Ariſtoph.*

*Schol.*

Exulant plateis Muſæ, nec ſine cauſsâ illis Poetæ Heliconem, & Parnaſſum montes, remotoſque ſeceſſus ad habitandum dedere. *Sanè Muſis*, inquit Io. VVouerus, *atque adeò Apollini gratum hoſpitium præbet vmbra: ac Poetæ ipſi, ſeu potius ſacri vates in nemora, & lucos, tamquam in loca pura, & innocentia ad ſanctum opus ſecedunt, vt nullo turbati ſtrepitu inuentioni ſufficiant. Notiſſima Pythagoreorum expetita ſolitudo.* Clamat, Cælius, *ac templorum lucorumque inhabitatio, & quorumdam etiam celebrata occæcatio, nè quid vſquam foret, quod contemplandi ſuauitatem interpellaret.* En tibi Hotichij carmen:

*Rura ſacros vates, gelidaque in vallibus vmbra*
*Blandaque graminei ceſpitis herba iuuat.*

Ad VVouerum redeo:

*Hęc ſancta ſilentia Muſis*
*Suppeditat, tremulũ quà deſuper imminet vmbris*
*Aonium nemus, & ſcatebrę loca conſita amoris.*

Mox ea ſuſpirat ardentius:

*O quis prępete pennà*
*Me cupidum ſtatuet, puri ſuper auia luci?*
*Quis fontes luſtrare ſacros, & amœna vireta?*
*Quis dabit efferri non noto ad ſidera flatu,*
*Lenis vbi ſpirat labentis fluminis aura,*
*Grataque ſecretis reſpondet ſilua Camœnis,*
*Arbitra vbi vitę ſapientia dia recluſa?*
*O ſtudiis iucunda meis. O mille petita*
*Lux votis, ſtrepitu, quę me variiſque procellis*
*Eximat; & puro ſubuectam lumine mentem,*
*Donet in excelſos Muſarum ſcandere colles.*

*N. Herdes.* Ornatè etiam N. Petreus Herdes:

*Tu ſecura tuis Franciſce agis ocia ſiluis,*
*Et modo Pieridum deuenerare Choros.*
*Illas docta colunt Muſarum numina ſiluas,*
*Ipſeque culta Pado Flumina Phœbus amat.*

Et quid dulcius ſuauiuſque exoptet Philoſophus, nemoroſis ſiluis numeroſis conſtipatas arboribus? Ibi vmbroſo tegmine vallatus, Vrbium tumultibus quaque deturbantibus obſiſtit. Accipe quæ Florus Schonouus:

*Horte delicium tui Poetæ:*

*Qui*

*Qui me molliculo ſinu receptans*
*Perteſum ſtrepitus moleſtiores,*
*Ridenti recreas colore florum.*

Et Ianus Douza filius ad Hortum iuſti Lipſij: Ianus Douza.

*Felix hortule, terque quaterq; felix,*
*Preſtas Lipſiadi ſuos receſſus*
*Muſęos, & amabiles receſſus.*

Et ſubindè in calce:

*Felix hortule, gramina ô Beata,*
*Propter vos Heliconios Apollo*
*Fontes linquit, & antra ſępè Pindi:*
*Nec abſque inuidià tacente morſu,*
*Hortum Lipſiadis videt Beatum*
*Prę ſuis celebrarier viretis.*

Volucribus adſociantur Philoſophi, illarumq; garrulis concentibus animos diu fatigatos demulcent. Luſit Ioh. Fichardus Francofortenſis: Io. Fichard.

*Hortule delitium domini mihi quando vacabit*
*Te colere, atque inter frondes, interque volucres*
*Abdita cum placidis, agere ocia denique Muſis.*

O quales animi conceptus propinant vmbræ? Quam ſuaues Siderum adfluxus inter ſiluas hauriũt mentes? Quę mella libant, ambroſiumque nectar in hortulis legunt? Quales ſpiritus excitant auræ murmura, fluminum ſuſurri? In ſiluis videas Daphnim Apollinis amaſiam, laureas ſapientibus præparare. Ibi videas Muſarum fontes, quorum

hauſtu repleti copioſam doctrinæ Lympham eructant. Eià audi M. Antonij Nobilij Apoſtrophen ad Agellum ſuum:

Nobilius.

*Vmbræ frigidu'ę, arborum ſuſurri,*
*Antra roſcida, diſcolore picta*
*Tellus gramine; fontium liquores*
*Lymphę, Garru'ę aues; Amica Muſis*
*Ocia, O mihi ſi volare veſtrum*
*In ſinum, ſuperi annuant benigni.*

Et mox:

*At vos O Heliconiæ puellæ,*
*Quis fontes, & amœna rura cordi,*
*Si carà mihi luce cariores*
*Eſtis, iam miſereſcite obſecrantis:*
*Meque Vrbis ſtrepitu tumultuoſę*
*Ereptum, in placido locate agello.*

Protoplaſton creauit Orbis conditor, vt abdita Naturæ arcana contemplaretur: idque vt placidius. ἐν παραδείσῳ. *In Paradiſo, in horto, in deliciarum prato collocauit.* Atquì vireta, ac frondes colorum varietate intermixtà oculũ ſuauiſſimè demulcent. Ad firmat Eccleſiaſticus ſapiẽs.

Gen. 1.

Eccleſiaſt. c. 40. 41

Χάριν, καὶ κάλλος ἐπιθυμήσει ὀφθαλμὸς, καὶ ὑπὲρ ἀμφότερα χλόην. *Gratiam, & pulchritudinem deſiderabit oculus, & ſuper vtraque viriditatem.*

O ſi mihi felicioris vitæ daretur optio: vale dicerem vrbi, & orbi; inque remotiſſimũ agellũ, ac

ac nemoroſos receſſus, me quantocyus reciperem. Ibi mens per immenſa camporum ſpacia luderet ſpaciaretur. Nunc circà colles monticuloſq; tumeſcentes paulatim adſurgeret, aliquandò montium iuga, atque ſupercilia, nullo fatigata labore conſcenderet; modò inter Dędalæos pratorum labyrinthos aberraret auida, ac ramorum brachijs virentibus præcluſa, iucũdùm cohiberetur: currentibus riuulis vnà diſcurreret, garrientibus auibus ſimul aggariret. Apum recenſert opes, rimaretur cellulas, mella cõficeret. Quandoq; in Æquoris, ac Terrę profunditatem ad delicias peſſumdaretur. Sereno Cęlo Siderum cohortem adſpiceret. Ibi Naturæ adblandiret, atque ad mei neceſſitudinem longà familiaritate pertraherem. At at. Quorſum hęc cupio? Clauſtra tenent, & cellulæ vnius anguſtiæ. Hæc mea nemora, & ſiluę: datur inter pedicas, ac funes diuagari.

## ACADEMIÆ LAVS.

## CAPVT X.

### Sylloge

*ACADEMIAE Laus. Platonis Academia. Illuſtriſſimum uniuerſi Orbis Gymnaſium. Academia Sancta Mantuano. Cydianira illuſtres reddens uiros. Lydius lapis Sapientię.*

lib. 3. Illuſtres Academiarum titulos congerit Pontanus Progymnaſmate ſecundo: *Academiæ Muſarũ templa, optimarum artium officinę, emporia, mercatus Sapientię; diuerſoria, domicilia, palæſtrę literarum, ſcholę ſcholarum, ſedes doctrinarum, nobiliorum ingeniorum cultrices, & altrices, quas Gymnaſia nominamus in quę frequens auditorum numerus quotidie confluit.*

Sulp ad Cic. Illam Platonis, Athenarum celeberrimam, Sulpitius, ad Cic. ſcribens *Nobiliſſimum Orbis terrarum Gymnaſium*, appellat, *quamvei nobilitatem illius in primis exiſtimatio peperit*. Cic. Academiam Philoſophorum familiam appellat Cicero: atque alij paſſim Syluiludium, & ſcientiæ Oeconomam, circumfluam ſcaturiginem, limpidiſſimum flumen, caput Anth. originemque facultatum. Illi debetur diſtychon Anthol:

Τιμὴν μουσοπόλοις, πόλεως χάριν, ἐλπίδα κούροις

Ὅπλα δὲ ταῖς ἀρεταῖς, χρήματα τοῖς ἀγαθοῖς.

*Honor Poetis, Urbi gaudium, ſpes Adoleſcentum*

*Arma Virtutis, opulentia Bonorum.*

Mantuanus etiam pulcrè Sanctam appellat:

*Sanctaque nobiſcum longos Academia Soles Claudit.*

Celeberrimum inter cætera Epitheton, excogitauit M. Muſurus: M. Muſurus. τῶδ' (ait) Ἀκαδημίας ὄνομ' ἐπὶ κυδιανείρας *Huic nomen Academia claros, illuſtres reddentis viros.* Quod etiam vſurpat ſæpè, ſæpius Hom. atque alij in Anth. Anthol. κυδιάνειρα πάτρη, *Patria celebres reddens viros.*

Aca-

Academia veræ ſapientiæ Lydius eſt lapis; purgatiſſimæ doctrinæ periculum facit, ſpuriam propalat, diſſipatque, puram putamque retinet. In eâ germanæ doctrinæ excribrantur, atque examini auri pigmentum traditur. Infectam ſuperficiem corrodit, & maſſam penè ligneam aperit, fallaci titulo inauratam inumbratam. Primoribus labijs prima litterarum elementa attigiſſe, ſat non eſt, vt quis Academiæ operam nauet: rudes Genios, & verſificatores iſtos, centonaſque ſine ſale plectentes, ac farcientes, Pædagogorũ ſenatus excipiat, haud Lyceũ: in quo nil ſine trutinâ, & ſine limâ dictum. Nec dũ ποιήματα ſed & verba ipſa perſtringit Momus, quæ lancis momento librata ſuo pondere pretium habeant.

ACA-

Digitized by Google

Digitized by Google

# ACADEMIAE SVBLIMIORES.

## SYNTAGMA II.

### ARCHETYTA SACROSANCTAE Triados Academia.

### CAPVT I.

### Syllogę.

*ARCHETYPAE Academię ſpecimen. Abyſſus diuinorum conceptuum. Dei peripatetici ſtati progreſſus. Supernum Muſæum, ac porticus varia Diuinę mentis. Sempiterna ſimulacra. Siluę hypercoſmicę ſupramundanę. Cedri Adonay in myſterijs Hebr. Verbum Patris Dei conſpectus. Sapientię domus. Prima Bibliorum litera Beth. Omnia tanquam in domo ab æterno continebantur. Mens Diuina Mundi intellectualis Nemus. Academica Trias. Pater cum dicit uerbum eloquitur. Genitus Patris auditor. In ſuo Principio uelut in altiſſimo Gymnaſio, ſeu exedrà erat. Sacer ſpiritus Patris, & Filij auditor. Lux tergemina. Collegium ineffabile, Summus Genitor Verbi ſedes, & cathedra. Ioannis loci ſenſus aperitur. Verbum ſapientia multiformis: ac Patris Muſęum, & volumen. Ex luminis voce verbum. Aeterni Rhetoris facundia.*

ACademiam ex obſcuro terrę gremio nè credas enatam, nobiliori altiſſimo, atque vberiori fonte deducit originem. Sapientum conſeſſus diuinum fermè, ſupernumque imitatur, æmulatur, at-

que

Digitized by Google

illud Cabaliſticum Pici dogma. *Per ſex dies Geneſeos habemus intelligere ſex extremitates ædificij, procedentes à Bereſith, ſicut procedunt cedri à libano. Pulcrè,* ait, *iuxtà Hebræorũ myſteria Cedros Adonay interpretatur ab eo plãtatas in Libano: ſcilicet in verà illà ſyluà ſupramundanà, & horto deliciarum, aut in candidà illà mẽte Diuinà.* Inibi viſenda Sapientiæ domus Academica. Nec abſque myſterio vocat. Primam ſacri eloquij litterã à ב exordiri: cũ *Bereſith, in Sapientià* vniuerſa præfuiſſe Moſes ſcriptum reliquerit. Enucleat rem Rab: Elchanà. ב *Beth ſigillum, & oſtium ſignificat: quia ſcilicet in Sapientià tãquã in domo cõtinebantur omnia, inde per Oſtium explicata.* Picus. Gen. 1. R. Elchanah

Eſt igitur mens Diuina, Mundi intellectualis, quẽ *opus de Merchanà* appellãt, abditũ nemus ac ſuomet ſplendidiſſimo lumine opacum, inumbratum. Habes Archetypi Gymnaſij, in ipſo Deo Numine Atrium, Porticus, Muſæa, Syluas. Ad Academicos pergo: Æternum, videlicet Genitorem, Verbũ, ac ſpiratum Numen. Quiquidem nè dum ſapientes, ſed ſapientia, ſed *vivens* ipſa à Theologis appellantur. Patris fœcunda, atque facunda mens, Dei vterum ferens, Deo plena, parturit cum loquitur, cum eloquitur verbum, cum dicit omnia Verbo. Pulcrè Syneſius: Vnionem vocat intelligibilium, & intellectualium.

Hymn. 3. Τὰ πρόσω μάκαρα σιγᾷ
Νοερῶν τε, καὶ νοητῶν,
Ἀτόμον τομὰν καλύπτει.

*Quæ ſurſum beatum ſilentium,*
*Intellectualium, & intelligibilium,*
*Indiuiſibilem diuiſionem abſcondit.*

Verbum ſe Pythagoricũ Patris auditorẽ fatetur:
Io.15. Πάντα ἃ ἤκουσα παρὰ τοῦ πατρός μου, ἐγνώρισα ὑμῖν. *Omnia quæ*
15. *audiui à Patre meo, nota feci vobis.* Atquì etiam:
Io. 1. *In principio erat Verbum. In principio*, dixerim tãquã in ſuo Gymnaſio, in quo vniuerſarum cognitionẽ cumulatè accepit. Ἀρχὴν ὅ,τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. κἀγὼ ἃ ἤκουσα παρ' αὐτοῦ, ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. *Ego ſum Principiũ,*
Io. 8. *quod & vobis loquor.* Mox addit. *Et ego quæ audiui ab eo* (Genitore) *loquor Mundo.*

Accipe etiam Auditorem Patris, & Filij, Spiritum Sanctum: vti adſtipulatur vnicè dilectus Euan-
Io.16. geliſta. ὅταν δ' ἔλθῃ ἐκεῖνος, τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας ὁδηγήσει
13. ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν· οὐ γὰρ λαλήσει ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ λαλήσει. *Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, iter faciet vobis in omnem veritatem: non enim à ſe ipſo loquetur, ſed quæcumque audiet, loquetur vobis.*

O præclaram, atq; admirabilem Academiam tergeminæ lucis, atque ſacræ *P*allados, quæ è Patris capite prægnantis è veſtigio proceſſit. Ineffabile collegium, vbi Genitor magiſter eſt, & Filius ſapiens à Patre, nullâ inſipientiâ, nec labore præuio,

ſeu

ſeu ignauiâ doctus. Vti ipſe de ſe teſtatur; Sermo quem audiſtis non eſt meus: Ἐμὴ διδαχὴ οὐκ ἔστιν ἐμή, *Doctrina mea non eſt mea,* ἀλλὰ τοῦ πέμψαντός με, *ſed mittentis me*. Quinimmò ſubdit: καθὼς ἐδίδαξέ με ὁ πατήρ μου ταῦτα λαλῶ. *Qua me meus docuit Pater, hæc loquor*. Summus æternuſque Genitor Verbi cathedra eſt. Synefius:

*Καίροις ὦ παιδὸς παγά,*
*Καίροις ὦ παιδὸς κρηπίς.* — *Hymno 3*

*Salue ò filij fons,*
*alue ò filij ſedes.*

Sedes nimirum Sapientiæ. Ita illud Io. elucido: *In principio erat Verbum. In Sapientià erat Verbum.* In Patre Filius, in Sapientià generante Sapientia genita; in ſuà cathedrà eloquentiſſimum Verbum perorabat. Paraphraſis Nonni: Πατρὸς ἔην ἀμέριστος ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ. *Verbum à Deo erat Indiuiſum, æternàque vnà ſedens in ſede*. Conſpicuus eſt, & in ſuo verbo, tãquã in imagine Pater; quo ſapit quidquid omne ſapit. En tibi Thargũ Ionathæ: In principio creauit *Deus Pater* בחכמה *Bechochmah. In Sapiẽtià creauit Deus Pater mundũ.* Expreſſius alij: Ἐν λόγῳ, *In Verbo genito*. In quo Coſmi iſtius intuens formas, Ideaſque, tanto pondere, ac menſurà illũ perfecit, & ordine tanto circinauit. Accipe Origenis verba in illud. Ego non ſum de hoc mũdo. *Primogenitus eſt omnis creatura, in quantum eſt ſapientia multiformis, eò quod* *ſint*

*Io. 1.* *Nonn. in Io.* *Ionathas.* *Orig. in Io.*

*ſint in Sapientiâ omnes rationes, iuxtà quas facta ſunt omnia.*

Quidni Verbum Patris Muſæum appellaueris? ſeu volumen æternis conſignatum inuolucris? In eo naturas creatæ molis legit, ſpecies intuetur. Odonem Cameracenſem voco, qui ſcripſit: *Conſpectus Patris eſt Verbum, in quo conſpicit omne quod fecit.*

De exp. ſ ſacr. Can.

Proh quam ſuauis, quam eloquens Aeterni Verbi facundia. Quam ornatum, & omni varietate cõpletum, illud immenſi ſplendoris eloquium. Myſticè quidem Ter maximus ille Hermes, de ſacro Verbo mentis filio, lucidiſſimo Oratore hæc habet. *Cernebam immenſum quoddam ſpectaculum, omnia videlicet in lumen conuerſa. Inde fumus quidam magnus in ſonitum erumpebat; ex ſonitu vox egrediebatur, quam ego luminis vocem exiſtimabã: ex hac luminis voce Verbum factum prodiit.* Quidni? ſacroſanctam dixeris Academiam, Paterni luminis cum Verbo congreſſum? Quando intelligibilis ſplendor, à lucidiſſimâ mente millenis grauidâ luminibus cẽties millies, geminatis conceptuum radijs conſtipatus exilijt, atque æternùm non occaſurus exoritur, progreditur. Quæ precor dixit Verbo, Verbi Pater orator? Quæ Patri Filius Rhetor enarrauit? Quæ diuerbia? Qualis ſcitorum, & obiectorum ordo? Quota rerũ ſeries, & varietas mutuata Verbo? Quales rerum colores? Quam diſtinctæ figuræ? & quà

c. 1. Pimãdri.

pre-

precor arte depictæ Imagines, expreſsæ à Filio Patri? Incredibile prorſus, inexplicabile magiſteriũ, vbi eadẽ ſapiẽtia eſt Patris, & Filij, & tamẽ oẽm à Patre Filius mutuatur. At fortaſſis quæres auidus, quæ in illo primiluco conſeſſu Academico dixit Genito genitor? Quæ Genito Genitus enarrauit mox? Dixit ſe ipſum, eſſentiam, naturam, idiomata, dixit Verbo Verbum. Vno tantum elogio Empyrei, ſyderum, cælorum, ſimplicium, complexorum, Terræ, Maris, Ignis, Aeris, inanis, nihili nomina recenſuit: proprias cuiuſque naturas, ad perſpicuitatem medullitus enucleauit. Circulares Orbium vertigines, periodos, interualla, quietem, vagas Elementorum motiones, rectà ſurſùm deorſùm obliquè diſcurrentium, vulgares qualitatum actiones, anonymas virtutes, viciſſim admixtorum adtemperata corpora, vno tantum eloquio definiuit. Tempora omnia ſuo momento concluſit, æuiternæ Subſtantiæ actus omnes ſuo met Verbo integerrimè expreſſit. Addo, & quod contingit, & quod erat, & quod eſſe poſſibile erat, aut fore vnà ſolummodo dictione propalauit. At Sacroſanctæ iſtius Academiæ facundiam, ſilentio potius venerari decorum eſt, neceſſum eſt.

ACA.

# ACADEMIÆ Hierarchicæ.

## CAPVT II.

## Sylloge.

*HIerarchica proxima Deo ſubſellia. Locus intelligentiarũ Academicus. Nemora porticus. Spirituales Academici quales. Mobilis ſemper intellectus. Hypercoſmicè ſapiunt. Sophi circumeuntes. Rhetores ornatiſſimi. Patientiſſimi Oratoris locus explicatur. Angelorum facundia, atq; Energia. A Deo tanquam è ſuggeſtu edocentur. Deus Angelorum Apollo, ac Muſagetes. Diuina illuſtratio. Intelligentiarum chorea. Sacer Mons permeſſius. Angelorum tripudia. Circà bonum ſubſiliunt. Mutua communicatio. Illuminatio alterna. Sacer ordo quis? Inferiores illuſtrati, edocti. Superba hominum inſcitia.*

POſt illam, quam prò modulo, ac pede deſcripſimus ineffabilem ſupremã incomprehenſibilem Academiam, innumerus Angelorum ordo, primatum tenet, ac proxima Deo ſubſellia. Nullum profectò, aut clarius, aut præclarius Gymnaſiũ eſt Hierarchico, intellectualiũ mentiũ, ſpiritualibus formis conſtituto. Si locũ conſideres Empyreũ tenent, et lucidiſſimas orbiũ cæleſtiũ plagas.

Triſmegiſtus in Aſclepio tradit in aeris puriſſimâ parte Olympo præſtātiore, vbi nec nebulis locus, neque ex ſigrorū aliquorū agitatione cōmotio, ac perturbati eſt cōmorari. Beatæ fortunatorū nemorū vmbra; ſempiternorū colliū amœna vireta, lauri ſaltus & aurei tractus, Lycæum Hierarchiū ambiunt, & concludunt. Videas propè argenteos fontes ad iucunditatē perpetuò ſcaturientes, dimanantesque: Aurias harmonicos decurrentis vndæ ſuſurros, gratiſſimo murmure tinnientes.

Ecquos cenſes Hierarchiæ ſacræ Academicos? Puriſſimæ ſanè pupulæ ſunt, perfecti atque abſoluti ſpiritus, ocellatæ mentes, peruigiles ſinè ſōnio, ſinè inſōnio contēplatores. Intelligētias, antonomaſticè Platonici cū Peripateticis dixere. Marſilius *Boniformes, intellectus veros*, appellauit. Angelicus doctor: *Subſtantias intellectuales, mobilis ſemper intellectionis.* Mercurius *Incorporeas mentes, rationes ſeſe inuicem complectentes, ab errore alienas, impaſſibiles, ipſas ſibi ipſis adſiſtentes, purgantes, ac ſeruantes omnia. Quarum radij ſunt bonum, veritas, principale lumen, primaque animarum forma.* Plotinus: *In ſuâ plenitudine intelligibiles, nitidiſſimâ perſpicuitate lucem intellectualem ſequente.* Illi (vt Areopâgi Princeps affirmat) In c.4. de D.N. pp. Q. 50. a. 1. C.2. Pimādri. Diony.

ὡς ἀσώματοι. καὶ ἀΰλως νοοῦνται, καὶ ὡς νόες ὑπερκοσμίως νοοῦσι.

*Quia incorporei intelligibiles ſunt, & quia mentes ſunt, ſuprà mundanam conditionem intelligunt.* Sapientes,

ap-

*hominum loquar, & Angelorum.* Audiſtin? Academici conuentus muſicos concentus,queis Bethleemiticę ſpecus inſonuere cauæ? Atque illud diù concupitum cęleſtis Oratoris ſingulare præconium, ſuauibus notis,ac pleno carmine, nati Regis aduentum celebrantis, nuntiantis? Quod ſi Academicam Angelorum elegantiam inter homines colloquentiũ admiraris, qualem exiſtimas inter ſe ipſos viciſſim? Non ſignis,aut ſono expreſſa verba notares,at vndique ſpirituales luminum concurſus,mutuos conceptuum occurſus, ſplendidiſſimos intellectionum labyrinthos milleloquijs perplexos.

*I*ntelligentiæ omnes ſupernæ à Deo ipſo,ſeu com pluuijs, adfluxiſque ab initio rerum ſeminibus, ſeu immiſſis ex tempore radijs,collectiſuè imaginibus edocentur. Ipſummet Numen in Angelos peculiari modo magiſteria exercet, & ceu è ſuggeſtu rerum aduentitiarum ſcientiã dictat. Bernardus dilucidè. *Quod ſi ſeſſio ſignificat magiſterium, puto illum, qui vnus eſt nobis magiſter in Cęlo, & in terrà Dei ſapientiã ſpecialius Thronos, atque principalius, tanquam propriã ſedem ſuà illuſtrare præſentià; & indè tanquam de ſolemni auditorio docere hominem, docere Angelum ſcientiã.*

Muſas Hierarchicas à ſuo Apolline inſtrui animaduerto, quem ceu Ducem, & Muſagetem ſequuntur. Lepidè Dionyſius de Angelicà Academià ſermonẽ intexit. *Finem igitur ſibi propoſitum habet. &*

G *Dei*

*Dei imitationem, & cum illo coniunctionem.* καὶ πάσης ἱερᾶς ἐπιστήμης τε, καὶ ἐνεργείας καθηγεμόνα: *atq; omnis ſcientię ſacrę, atque actionis ducem ſequitur*. Ille idem cõceptibus, atque ſcientiarum rationibus, ceu à Phœbo radijs, imbutos tradidit. Τὰς τῶν ὄντων οἰκείας ἐλλάμπονται λόγους, καὶ αὖθις εἰς τὰ συγγενῆ τὰ οἰκεῖα διαπορθμεύουσι. Ficinus ità vertit. *Et exiſtentium propriâ ratione, rationibus* (à bonitate Diuinà) *illuſtrantur, edocentur, & rurſus in cognatas, & congenitas mentes propria tranſmittunt.*

Subdit ipſe: *quinetiam rationes rerũ ipſarum illuminatione diuinà, tanquam peculiares reportauerunt.* Hìc animaduerte Academicũ more. Cõmunicata à Deo lumina, viciſſim etiã ſinè ęmulatione communicari. Sublimiũ choreas ſpirituũ, Academica illorũ cõſortia exprimẽtes, inſpectandas appono. Illi ſiquidẽ, vt Dionyſius iteratò ſcribit, circà bonũ, & pulcrũ indeſinenter χορεύουσι, *ſubſiliunt, tripudiant.* Angelicũ Heliconа deſcribit Pſaltes: *Mons Dei, mõs pinguis.* Mons Permeſſius paſcuis abundè refertus ſaluberrimis, aquis irriguus, à Dei facie cõplutis, atque irrorantibus. *Mons alios omnes longè ſuperans. Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?* Ad rẽ Aquila: τί ἐρίζετε ὄρη ὀφρυώμενα; *Quid cum Dei monte contenditis elati montes?* Sym. Περισπουδάζετε; *Quid magno ſtudio altiſſimum montem ęmulamini, in quo Deus ſuum deſtinauit domicilium, & contubernium?*

Ec-

Ecquid ibi? *Currus Dei decem millibus multiplex milſia lætantium*. Græcus habet; εὐθηνούντων: *florentium vegetorum*: ſeu εὐθυμούντων, *geſtientium præ lætitiâ*. Viden tripudiantium Angelorū choreas? Apollinem præſultorem cupis? Audi; *Dominus in eis*: tanquam chorodidaſcalus, & chori magiſter.

Subſilit etiam, atque in choreæ modū mens Angelica mouetur. Excurrit dū diſcurrit. Conceptuū ordo, atque harmonia chorus Angelicus eſt. Areopagitam voco; Κινεῖσθαι μὲν λέγονται οἱ θεῖοι νόες κυκλικῶς ἑνούμενοι ἀνάρχοις, καὶ ἀτελευτήτοις ἐλλάμψεσι· καθ' εὐθεῖαν, καὶ ἑλικοειδῶς. *Moueri quidem dicuntur Diuinæ mentes circularibus quidem, cum æternis, principio ac fine carentibus fulgoribus coniunguntur, rectâ, atq; obliquè*. Mox: Περὶ τὸ τῆς ταυτότητος αἴτιον καλὸν, καὶ ἀγαθὸν ἀκαταλήκτως περιχορεύοντες. *Circà bonum, & pulcrum identitatis cauſsā, tripudiantes, choreas agentes indeſinenter*. Quis igitur intellectuales ſacrarum mentium motus, choreas Muſarum, Phœbæo radio, atque impulſu excitatas diſpoſitaſque ambigat appellare? At mirabilius contemplare ſis: Hierarchicæ huius Academiæ mutuam, alternāque cōmunicationem, & luminū participationem. Supremus altiſſimi ordinis ſpiritus propè immenſi fontis ſcaturiginem vberrimè puriſſimos latices haurit, ac in proximiorem deducit; iſte viciſſim ad alterū, ad poſtremū vſque, lumen ceu flumen deriuat: quiſque ſuū purgat, perficit

de Diu. Nom.

C 2 alum.

tum imitatione, & auditione proficere tædet, piget. Certe, vt aiebat Philoſophus Sapientia ſi venalis eſſet, non haberet emptorem.

## ANIMARVM FELICIVM Academiæ.

### CAPVT III.

### Sylloge.

*MVNDI ſcientia tinniens ignauia. Deſperata nunquã ac pura. Cognitio temeraria. Intellectuum auſus. Mortis Academia. Vinum erroris epotum. Scientia ſpecularis, ænigmatica vmbroſa. Mentis facultas eneruata. Mortales Academię Aſophon. Cæleſtis gloria ſinceræ ueritatis Gymnaſium. Sapientia æterna Numinis Theoria. Dei Panegyris à Beatis recitatur. Obſignatum uolumen legunt diligant. Auditiones Beatorum matutinæ, ac Veſpertinę. Numen ipſum Academicos Beatos inſtruit. Beati Patris auditores]. Interioris Gymnaſij diſcipuli. Viciſſim quomodo edoceantur. Chriſtus Transfiguratus. Mons Thabor Academicus. Vmbræ locus. Apoſtoli Auditores. Beatarum Muſarum Choreæ. Luminum ſaltus. Beati ex Academia in Academiam tranſeunt.*

QVam ſcitè, quam appoſitè, quam diuinè gentium ille doctor, ἐκ Παυλῖν μέγιστος. huius mũdi ſcientiam, tinnientem ignauiam, atq; ſapientum Gymnaſia puellares conſeſſus appellauit? Quanta precor omnium rerum varietas, quæ veritatem offuſcat eliminat? Quibus erroribus luduntur ingenia? Defœcatam, meramq; ſcientiam, ſcoriâ, & fœce haud impermixtam nullibi reperies: nullũ ſine tenebris lumen, nõ abſq; næuo imagines, nec abſque eclipſi, & defectu errantis notitiæ vertigines, motioneſq; cõperies. Intertextę mendacijs hiſtorię. Omninò ſimilis, ſimulata Poeſis, veri ſimulacrũ eſt, & pſonatæ veritatis ſpecimen refert. Fallax ſępè ſepius Dialectica, dubiâ ſophiſmatum ambage iudiciũ decipit. Pſeudographa modò ſentis argumenta mentis humanæ decipulas. Raròquis notiſſimis principijs tõſoribus, & vulgo ſinè metu, atq; formidine aſſentitur. Quid de cęteris ſcientijs loquar? Quanta Philoſophorum placita? opiniones? theoremata? Quam diſcors philoſophantium diſcurſus? Per implexos quæſtionũ nodos ſinè Theſeo fatigata mens, obuijs mille intercluditur vijs, atque innumeris penè laqueis, ac pedicis obuoluta, ſudore madens, de veritate ambiguâ, q̃ quærit anxia vltrò cõqueritur. At p̃ſertim quæſo cõmentitiam illorũ ſapientiam conſideres, qui ſuperiora, atq; altiſſima ſpeculari auſu temerario voluere. En tibi Icari ſaltum, atq;

vo-

volatum. Infirma impennis intelligentia, rapidiſſimas motricis ſpherę vertigines ſequi nititur, eiuſq; rotatus adnotare non veretur. Nec timet Noctua Palladi terrenæ ſacra, Cælorum adire veſtibula, perque interminos Siderum campos, reuerberato lumine ad incendiũ ſplendidos expatiari. Quinetiã de ipſomet Deo ſuo ingenio, & marte enunciare præſumpſit: protulit de luce vmbras, de pulcherrimo menda, de vero mendacia euulgauit, de vno plura. Ipſaſq; res futuras, quę in Diuini Numinis confinio collocãtur, ſcrutari non timuit. Chiromanticis, Metopoſcopis, Iudiciarijs, alijſque commentitijs artibus, quas habet Mãtice, inter rapidiſſimos temporum vortices, atque volumina aduenientes res, aucupari expiſcari voluit. Infelix hominum temeritas, ſuo velle ſubiugare iudicio, quæ ſuo Deus ſeruauit arbitrio.

Vidiſtin? Mortalem ignauiã in hac mortis Academià ſpeculantiũ diſceptantium? Et quidem Philoſophia humana mortis meditatio eſt. Apprimè ait Triſmegiſtus, Vinum erroris per phantaſmatum pocula ebibere potare animam, quod ſenſus pincerna propinat. βλέπομεν γὰρ ἄρτι infit Apoſtolus, δι' ἐσόπτρου ἐν αἰνίγματι *Nunc per ſpecularem viſum, anigmaticis, dubijſque confuſum vmbris ſpeculamur*. Summum illud lumen in caligine obſcurum ſe nobis repreſentat. Grandis illa maieſtas ſuà nos glorià op- 1. Cor. 13. 12.

preſ-

Entiſ natura proditur? *Quid enim eſt felicitas*(quærit Angelicus) *atq; in quo ſitā eſſe opinamur, niſi in mentis applicatione ad id quod ſuperius eſt*? Et quid ſūma felicitas, niſi ad id quod ſupremum eſt fixis oculis collimare? p.p.q. 6.a.2

Proh quam altiſſima eſt ſapientia ad quam prouehuntur Homines. Lumine Deitatis cōfouetur Naturale Lumē, & ceu Lunæ tenuiſſima lux, phœbæis irradiata ſplendoribus, atque è regione illuſtrata, felicitatis orbem circinat perfectum, inque augem ſuā reducit inconſtantiam. Quam altiſſima eſt ea ſapientia, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec ſenſus, ſed nec percepit intellectus.

In eà Dei panegyris perpetuò recitatur. Sacras laudes æuiternæ mentes declamant. Ineffabilia prorſus perſpicuè dilucidè ornatèque eloquuntur, enarrant. *Beati qui habitant in domo tuà Domine in ſecula ſeculorum laudabunt te*. Vt pronuntiauit Regius vates. Ibi obſignatus à ſeculo liber, vltrò legentibus patet. Ibi fit terreni diſcurſus analyſis, inque vnum principium primum mens noſtra reuertitur. Ibi legunt Beati, nec lethi obliuionem pauent. Audi Aug. ornatè, atque eleganter quidem. *Sunt aliæ aquæ ſuper Firmamentum, credo immortales à terrenà corruptione ſecretæ. Vident faciem tuam ſemper; & ibi legunt ſine ſyllabis temporum quid velit volūtas tua. Legunt eligunt, & diligunt, ſemper legunt, & nunquam* 13. cōfes c.15.

 præ-

Beatos Patris auditores appellauit Seruator noſter: *Iren.*
*Omnis qui audiuit à Patre, & didicit venit ad me.*
Ireneus ſubdit. *Per gloriam in futuro regno.* Vndè
etiã ab Apoſt. Θεοδίδακτοι. *Qui Deum doctorem, atque* *Ad*
*Magiſtrum habebant*, dicuntur. Paraphraſis Bur- *Theſ.*
genſis eſt. *Deo doctore, & Magiſtro inſtituentur, di-* *4.3.*
*uinitùs docebũtur.* Et Eſaias, felici auguratus eſt omi- *Bur.*
ne: כל־בניך למודי יהוה *Chol Benecha Lemudè Iehouah* *gẽſis.*
*Omnes filij tui erunt à Domino docti.* Vulgatus habet: *Eſa.*
*Eccè ego ponam filios tuos doctos à domino.* Gloſſæ Para-
phraſis; hoc eſt, *Filios ſpirituales.* Qui locus à Ioanne
refertur etiã, Ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ θεοῦ. Πᾶς οὖν ὁ ἀκούων
παρὰ τοῦ πατρὸς καὶ μαθὼν ἔρχεται πρός με. *Erunt omnes do-
cibiles Dei. Qui audiuit à Patre, & didicit venit ad
me.* Elegantiſſimè omnium conſtantiſſimus Pro-
pheta, & Martyr Ieremias. *Non docebit vlirà vir* *Ier.*
*proximum ſuum, & vir fratrem ſuum* (ſeu ex LXX. *31.*
ſeniorum ſapientum verſione,) *Ciuem ſuum. Dicens
cognoſce Dominum: Omnes enim cognoſcent me, atque
intelligent, à minimo ad maiorem.*

De Beatà doctrinà hæc dicta cenſet Anſelmus. *Verè,* ait, *cognoſcent me manifeſtà viſione, quia remouebo parietem, qui inter me, & ipſos erat, & eos à facie meà ſeparabat.* Non per cortinam, & velaria audiũt, qui Deo intimi, ac familiares euaſere diſcipuli.

Dilucidius Theodoretus. Ὁ μέλλων ἐκδέξεται βίος ἐκ τῶν πραγμάτων ἐναργῶς φαινομένων. *Adueniens hæc habebit vi-*

ginem præ oculis deſcriptam, atque delineatam habeo. Tres ex Apoſtolorum comitatu, quos perfectiores dignatus eſt ſecernere, ſecum ducit Deus homo, ſuprà montis iugum optatiſſimæ ſapientiæ, atque reconditæ ſatis aptum. Εἰς ὄρος ὑψηλὸν κατ' ἰδίαν. *In montem excelſum priuatè*. Veſtimenta qualia Pytagoricorum, auditorum fuiſſe prodit Iamblichus: ἐγένετο λευκὰ ὡς τὸ φῶς. *Mox candida, vt nix, ſeu lux euaſere*. Ἐσθῆτι δὲ χρῆσθαι λευκῇ καὶ καθαρᾷ. *Veſte candidà Pythagorici vtebantur*. Et mox de ipſomet Pythagorà: Ἐσθῆτι δὲ ἐχρῆτο λευκῇ καὶ καθαρᾷ. *Veſtis candida, & pura in vſu erat apud illum*.

*Ma th. 17 Luc. 9.*

*In vita Pythag. c. 22 c. 28*

Cum eo Moyſes, & Elias συλλαλοῦντες, *colloquentes, diſceptantes, apparuere*. De repentè radiata facies effulſit; vnde affluentis doctrinæ lucidiſſimum iubar emanaret. Σκιάς. *Umbracula nemoroſa, ſeu Paradromides* Academicas petit ſenior diſcipulus. Nubis lucidæ vmbras ad delicias opacantes præſtat Summus, paratque Magiſter. En tibi Academicum locum quam bellè deſignatum. Ecquid inibi agendum? Audi: *Et ecce vox de nube dicens hic eſt filius meus*. Αὐτοῦ ἀκούετε *Ipſius auditores eſſe, atque diſcipuli*. Auditores nimirùm Academici. Cupis fortaſsè Beatiſſimas felicium ſemperque gaudentium Muſarum choreas, per æternitatis gyrum indefeſſo pede in Academià illà immensà ad Diuiniſſimi Solis adſpectum circumactas? Nazianzenũ appello.

*Orat. 15. funere patris*

Par-

ELYSII campi Beatorum, atque vmbrarum felicium horti, in Hiſpanis oris ad occidentalem plagam collocati, vbi Zephiros excipiunt ſpirantes, atque adblandientes Fauonios. Illuſtriſſima Elyſiorum Prata Hyblà diſcolore picta, & vere vario niteſcunt, ac miteſcunt. Eos Lucianus eleganter deſcribit. Nemoroſas ſiluas, inq; ijs, tanquam in odeis accinentes Muſicas aues commemorat. Ibi lenes diſcurrunt auræ, quæ ſuauiſſimos odores, dum vagantur è florum ſinu ſuffurantur. Semper ibi lux matutina vmbris diſcurrentibus, ac beatis aperit mane, lucemque facit. Fontes Duo, γέλωτος, καὶ ἡδονῆς, Riſus, ac Voluptatis, ex Terræ viſceribus limpidiſſimè ſurgunt, qui vniuerſum illum vernantis Floræ tractum, irriguis cachinnis humectant. Hæc ergò Spirituum ſedes; hoc ſolutarum animarum eſt receptaculum, vbi ſua concilia celebrant, atq; comitia. vti Poeta: *lib 2. ver. hiſtor*

*Non me impia namque*
*Tartara habent, triſteſq; vmbræ, ſed amœna piorũ* *Vrgilius.*
*Concilia, Elyſiumque colo.*

Veri fictor Lucianus cum phantaſticà nauigatione vento ſecundo illàc præterijſſet, locis omnibus perluſtratis, vidit in medià ſiluà ſapientes omnes, (præter Periandrum.) Socratem Sophroniſci filium cum Neſtore, & Palamede nugantem. Platonem in conditâ à ſe nouâ vrbe habitantem, fuiſ-

fuiſq; legibus Rempublicam moderantem. In primis autem Epicurum, & Ariſtippum, maximè omnium in honore habitos, lætos quidem hilares, ac ſuauiſſimos compotores, & conuiuas. Circà illa tempora Socrates aduenisse viſus ſibi fuit. Stoicos ibi ludentes, atque ociantes non adſpexit, ſed adhùc virtutis altiſſimum verticem eos conſcendere, atq; enixè ſuperare. Omnes Veteris Academiæ auctores vidit, ibi Philoſophantes. *Academicos verò nonos, dicebant, velle quidem venire, continere ſe tamen ancipites, & adhùc conſiderare: neque enim ſatis adhùc capere, nùm vſquam talis inſula ſit, nec ne? Audiuit etiā ibi, ac damnauit Zenodoti, & Ariſtarchi grammatici frigidas ratiocinationes. Vidit cum Heſiodo contendentem Homerum, ac de Homero Heſiodum triumphantem.* Nuntiato inter vmbras certamine, indicto iam prælio, ac ſtato die ad manus venientibus:

Ἠρίστευσε Σωκράτης ἐπὶ τῷ δεξιῷ ταχθεὶς, πολὺ μᾶλλον, ἢ ὅτε ζῶν ἐπὶ. Δηλίῳ ἐμάχετο προσιόντων γὰρ τῶν πολεμίων, οὐκ ἔφυγε, καὶ τὸ πρόσωπον ἄτρεπτος ἦν. Ἐφ' οἷς, καὶ ἐξῃρέθη αὐτῷ ἀριστεῖον, καλόντε, καὶ μέγας παράδεισος, ἐν τῷ προαστείῳ ἔνθα συγκαλῶν ἑτέρους διελέγετο, ΝΕΚΡΑΚΑΔΗΜΙΑΝ τὸν τόπον προσαγορεύσας.

*Fortiter ſe geſſit Socrates in dextero cornu conſtitutus, & multò fortius, quam quum adhùc apud Delium pugnaret. Nam ingruentibus hoſtibus haud quaquam fugit, ſed vultu intrepido conſtitit. Quamobrem prǽmio donatus eſt. Nimirùm luculento, & amplo Paradiſo, in quem conuoca-*

*uocatis alijs diſſerebat. Quem locũm* NECRACADEMIAM *appellauit. Umbrarum, ſcilicet,* Academiam. Habes ergò etiam apud Elyſios differẽtes vmbras, & Academicos ſpiritus contemplationibus deſtinatos. Hæc fabulata eſt gentilitas, & vero luſit. Solutæ animæ nihilo ſecius deſipiſcunt, quin reſipiſcunt, ac verè ſapiũnt, æuiterniſque cognitionibus vigilantiſſimè incumbunt. Ea perfectiſſima Academia eſt; cum nubilo falſitatis expulſo, dieſcit veritas. Et ſenſuum decipulis abruptis, diſsipatiſq; Mentes ſolutæ, ac libertati donatæ, volucri pede ſapientiam deprædantur.

## HORTVS DELTIARVM Academicus.

### CAPVT V.

### Sylloge

*ADAM Academicus creatur. Hortus deliciarum Academicus. Hortus ſapientiæ. Arbores epiſtemethalę. Scientię productrices. Perioth danghà, fructus cognitionis, ac ſcientiæ. Serpens ſapientiſſimus aſtutus, prudentiſſimus. Deus peripateticus. Cherubim horto Academico præfecti.*

PRotoplaſton hominem, diuino inſpiratum ſu
ſurro animauit æternus rerum conditor; Terræque portionem fecit intellectilem, atque ad ſublimium mentium honores capeſsendos inſigni priuilegio ſubleuauit. Rerum imagines omnes, ac intelligendi formulas menti adhuc tenellę, quam primùm indidit. Grauidamque iam innumero conceptu, ſupernæ quoque ſimillimam Naturæ in varios partus iuſſit, vt prorumperet, inque lucem proderet luculentam conceptuum ſobolem. Quid pluribus? Non huius loci eſt primæui hominis dignitatem explanare. Academicum creauit. גן עדן *Ghan Hanghedꝭ. Hortum*, ad amuſſim cōplanatū, ad delitias cōplantatū aggere circūſeptum, multicolori ſiluà obumbratum, benigniſſimis ſideribus patentem, Orientalibus radijs apertum; matutino rore madidum, decurrentibus fluentis irriguum, in poſtremà orbis totius parte, à cætero Orbe ſemotum, ſuis contemplationibus locum aptiſſimum deſtinauit, vt inibi feliciſſimè degens, aut naturę luſus inſpectaret, aut ludentem in naturà condità meditaretur auctorem. Hortus igitur deliciarū Academicus fuit Protoacademici locus, lucus, Muſæum In eo (O deluſum ò miſerabilem) nì peccàſſet cum poſterà multitudine ſcientiſſimà abſque labore Academià compoſuiſſet. Quare Moſes ille Ægyptius Platonicæ doctrinæ diſertiſ-

ſimus

ſimus aſſecla . Paradiſum Orientalem עדן החכמה *Ngheden hachochmah. Hortum ſapientiæ*, appellauit. *In more Nebochi.*

Inſcio nulli aut ignauo Horti huius Academici fores apertæ fuere. Arbores ipſæ ἐπιστημόθαλλα. *Scientiæ, germina producentes* dicuntur. Fructũ eius eſus, vſuſq; vitalẽ ſapientiã, ſeu boni, & mali cognitionẽ mirum in modũ excitabat. Atque ità Hebræorum quamplurimi fatidica illa poma פריות דעה *Perioth dangbah*, fructus ſcientiæ ornatiſſimè dixere. Serpens ſerpens ille ſuddolus nequiſſimæ fraudis machinator uaferrimus, qui incantatis, aut oculis, aut pomis, cupidæ Mulieri pedicas ad lapſum adſtruxit, iuxtà Chaldæi fontis ſenſum, חכים *Chachim*, ſapientiſſimus fuiſſe dicitur. Quique Hebraicè ערום *ngharum*, aſtutus callidus nuncupatur, à LXX. interpretibus, φρονιμώτατος, *Prudentiſſimi* nuncupationem obtinuit.

Adamo iam præcipiti adfuit ſummus præceptor: vtq; deciduũ, occiduũq; pomeridianis auditionibus, ac veſpertinis inſtitueret, deambulans more peripatetico adfuit. Referẽte Hiſtorico, audiſſe deplorandos parẽtes, vocẽ domini Dei, περιπατοῦντος, ad auram poſt meridiem; veſpere *deambulantis*. *Gen. 3*
Qui tandem ſuperbæ auiditatis fructum decerpentes, obſcuris obductà eorum mente inuolucris, obtenebrato, atque aduesperaſcente perſpicaci intellectuum lumine, ignauæ prolis genitores effecti

I 2 me-

meritò ab horto, æternà mulctà, expulſi fuere. Illique Cherubim ſcientes, ac ſcientiæ perſpicaces ocelli, cuſtodes, ianitores, præſides, cultores Academici præfecti; vt hortum Academicum nequidquam incautis Philoſophis deſignatum, ſublimioribus contemplationibus tuerentur.

# ACADEMIAE VMBRATILES

## SYNTAGMA III.

## CONGREDIENTIVM INGENIORVM Numerus. Ordo Harmonia qualis.

### CAPVT I.

### Sylloge.

*MVNDVS Coſmos, & Diacoſmos. Eius Syſtemata. Elementorum diſcors concordia. Syſtoechia Quid? Academiæ harmonica contentio. Sapientia Syngenia, & Syngymnaſia. Salomon illuſtratus. Sapientum Syſtrophe, Syſction, Syntaxis, & Diatribæ. Ver Academicum. Syntarrhadendra. Plantarum adfectus, & Arborum Pathos. Academia Muſicum Certamen. Synaulia. Academicus Chorus Socratem præſultorem ſequens. Mundus foſſa in Comitio Quid? In vnam ſapientiæ Ciuitatem coaleſcunt Academici.*

PArtium Elementorumque conuenientium ordo, concinnitas, ratio, quæ Mundi Syſtema-

Lib. de Mūdo mata à Philoſophorum Principe dicuntur, ſpeciē nomenque illi dedere, quem Coſmon, atque Diacoſmon à Græcis ſapientioribus legimus nuncupatum. Ariſt. Omnia, ait Philoſophus. Εἰς τὴν συμπλήρωσιν τοῦ κόσμου συμπαρίζουσιν; *ad Mundi complementum conferunt*. An non Diuinum prorſùs, ac mirabile opus, quod & cultu dignum arbitratus ęſt Plato, Mundus eſt? Inferis congrediuntur Supera, amico fœdere bella gerunt Elementa; quæ ſymbolâ qualitate, ceu vinculo colligata, concordi numero choreas ducunt: intereà tamen aduerſà contrarietate pugnant, repugnant, confligunt: modò temperie ſeruatà ęquà lege conciliantur in mixtis; mox ſolutà compage diſſident. Hanc vniuerſi concordiam κόσμον, appellaueris ordinem elementarem, ſocietatemque partium. lib. 1. Nupt. phil. Vti elegantiſſimè cecinit Cappella.

*Semina qui arcanis ſtringens pugnantia vinclis,*
*Complexuque ſacro diſſona nexa foues.*

En tibi Academiæ ſpecimen. Sociali iure conuocantur Academici, mutuà dilectione conueniunt, familiariter vitam traducunt, vnà Palladis zonà, ac neceſſitudine Amoris deuincti, comiter ſuauiterque conuerſantur. At enim ijdem æmulà virtute congrediuntur, ad arma diſſiliunt de conceptuū ſummà confligunt, de mentium victorià rē agūt, ac triumphare totis viribus ſatagunt. Præclarè

Hebræo·

Hebræorũ ſapientiſſimus : *Immortalitas eſt in cogitatione Sapientia, & in certamine colloquij illius prudentia, & praclaritas in communicatione ſermonum illius.* Sap.
Græcus codex ſic ſe habet. Ἀθανασία ἐστὶ ἐν συγγενείᾳ σοφίας, καὶ ἐν συγγυμνασίᾳ ὁμιλίας αὐτῆς φρόνησις, καὶ εὔκλεια ἐν κοινωνίᾳ λόγων αὐτῆς. Quæ ſic reddo : *Immortalitas eſt in cognatione ſapientia, & in coexercitamento illius prudentia, & claritas in communione ſermonum illius.* Vbi adnoto *Syngenian, & Syngymnaſian*, Sapientiæ cõmunionem, & contentionem.

Hoc Academicorum collegium Syſtrophen dixeris, bonarum artium compendium. Syſſition conuiuarum mentium locum; ſeu Diatribas Philoſophantium. Syntaxim, ordinemque pugnacis ingenij, atque Sapientum conſeſſus, qui ſimul ad veritatis acquiſitionem remigare contendunt.

Plutarcho συσχολάζειν eſt vnà colludere otiari. Plut.
συμφιλοσοφεῖν Phalaridi, ſimul philoſophari. Aristophani Συννεφεῖν, nubes ad doctrinarum nimbos cogere. Quam nitidum iucundumque eſt Ver Academicũ Συνανθούντων, ſimul florentium ingeniorum. Οἱ κιττοὶ (retulit Plutarchus) τοῖς ἰσχύουσι τῶν δένδρων περιπλεκόμενοι συνεξανίστανται. Hederæ præualidi arboris ſtipitem circumplexæ vnà extolluntur. Eſt ſiquidem in plantis neſcio quis Genius, & Pathos : habent adfectus arbuſta : vnde Συνταιριάδενδρα vocantur, quorum radices natiuo impulſu, ceu reti

Phalarid.
Aristoph.
Inpolit.

bus

bus adnectuntur : vti Myrtis Roſæ. Ità etiam ingenia inuicem circumplexa velocius conſurgunt, fortius inualeſcunt, & augentur.

Ecquid? Cytharæ ſymphonia, & conſonantia eſt, niſi chordarum ſynaulia? Muſica ex Syſtemate, Diaſtemate, & Phtongis componitur, chroma
lib. de Mūdo rū tonis : *Cum auſpicanti chori Magiſtro* (vt ait Ariſt.) Πᾶς ὁ χορὸς συνεπηχεῖ: *Chorus omnis conſonà voce reſpondet*. Concors vocum Harmonia ferit aera, mulcet aures.

Suauiorem puto Academiæ Chorum, in quo dulciſſimis concentibus altercantur Ingenia, atq; ad Principis nutum ſymphoniam eloquentiſſimis notis, moduliſque componunt, pergratam, atque iucundam. Chorus ſapientum ea eſt : vt eleganter
lib. 1. de Iſm. Am. ter Euſthatius: Ἐμὶ δ' περιέςασι, καὶ λαμπρὸν τινα χόρον τοῦτον ἑλίσσουσιν, οἷα καὶ Σωκράτην οἱ ζηλωταὶ περιεστήκασαν. Sic reddit Gilbertus: *Me ſplendidus ciuium chorus cingit, qualis diſcipulorum Socratem*.

lib. 1. c. 7. lect. antiq. Mundus in comitio Romanorum, foſſa fuit, ait Cælius, in quā Vrbe cōditā oīum primitias conijci iuſſit Romulus : mox item terræ portiunculam, vndè quis eſſet profectus, conferri. Arbitratur ipſe, vt ſic in Ciuitatis vnius, ac patriæ populum facilius coaleſcerent animi. Mundus Academia eſt, in quem exterarum gentium ingenia confluunt, primitiæque omniū ſcientiarū congregantur,

om-

omniumque artium profeſſores, in vnam Sapientiæ Ciuitatem conciliantur.

## ILLVSTRES SIDERVM ACADEMIÆ.

## CAPVT II.

## Sylloge.

*ORbes cæleſtes ſidera Academica circumferunt. Cælum Academię ſpecimen. Splendorum ſaltus. Luminum Nemora, & Apollinis Silua. Muſæum Cæleſte picturatum. Cælum Belus quare? Pellis extenſa. Volumen ac liber cæleſtis. Mundus ſcientiam habet vocis. Cæli oratores. Sphærarum ſonus. Poema. Auditiones diurnæ, ac nocturnæ. Galaxia Deum Lycæum. Philoſophi in albo Siderum adoptati. Sectæ omnes ibi excipiuntur. Cynici, & Epicuræi ablegati. Primi Academici in Tyndaridas conuerſi. Mercurius cæleſtis Academiæ præſes. Hermetis Aſtrum quid in Geminorum ſigno pollicetur. Sapientes Maiugenæ aſſeclæ, Progymnaſmata Academica Cæleſtium philoſophorum. Sophiſtæ perſtrepentes inauditi. Philoſophorum, ceu ſiderum occurſus. A Philoſophis ſcientiarum adfluentię labuntur.*

CÆlorum orbes, qui ad Intelligentiæ motricis, ac Præſidis imperium celeres, nec renitentes; ipſoque met globo motum iuuante, intemera

K tà

tâ lege voluuntur. Rapidiſſimè circumacti, non aſperùm ſonant; ſed Sirenes Muſicas ad harmoniã conciliant. Obuia ſideribus ſidera, luminibus lumina deferunt, referunt, colligunt, diſſipant, ac ordinatim rotant. Academiæ typum ſpecimenq; ſi exoptas, Cæleſtem Siderum exhibeo. Nullum hoc expreſſius dilucidius. In cęlo habes nemoroſos ſplendorum ſaltus; radijs ceu floribus pampiniſq; vernantes. De quibus Columella:

Colu- mella.

*Pingunt, & varios cæleſtia ſidera flores.*

De cęleſti Apollinis ſilua mentionẽ facit Capella.

lib. 1. Habes Muſæum picturatum, varijſque imaginibus depictum, vti ſcripſit Cælius. Habes ſpecioſa ſpacio, ſaq; incedentiũ aſtrorũ ambulacra. Idcircò enim à Chaldæis *Belum*, appellatũ, tradit Euſthatius, *Stratum, videlicet Pauimentum, ob inceſſum.*

Mouentur ſphęræ agitantur, rapiuntur, atq; inter irrequietos rotatus diuina encomia enarrãtur. *Pellis extenſa cęlum eſt*, vt Pſaltes idem cecinit, *& veluti liber extenſus.* Similitudine ex antiquis phyliris deſumptà, cuius lectione Dei mirabilia percipiuntur. Audi Ambroſiũ. *Inenarrabilis cælorum pulcritudo eſt per quã hominibus quadã tabula præbebantur, vt veluti in paginis Elementorum, & Cælorum diuinæ inſtitutionis doctrina legeretur.* Vltrò è Sapiens: *Id quod continet omnia*: Mundus cuius in circum-

fle-

ſlexu degũnt cuncta, qui puro ambitu omnia complet. *Scientiã habet vocis*. Cujus voce, ceu à Magiſtro Academiæ erudimur. Occurrit Dauidi Michael Gelherid. in Apiculà: *Quos non videmus Cæleſtium corporum ordines, certantes Diuinæ Sapientiæ Oratores? An non per vniuerſum omne ſacer concentus inſonuit?* Certè ad terminos vſque terrarum eloquentiſſimos ſermones euulgauere. In fines orbis Terræ verba, eorum peruenere. Hebræi codices habent קום *Kauàm*. Non deſunt qui ſcitè, *Opus lineatìm confectum, veluti Poema*, interpretétur. Ij profectò dum volutantur, magiſteria exercent. Prior vertigo, eſt ſuccedentis Magiſtra. Hæc ira lux *Ecatoſtomos, centum linguis* enuntiat propalat profert. *Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam*. En tibi matutinas, veſpertinaſque auditiones; diurnis nocturniſque horis mirè diſpoſitas. Mich. Gelh.

Galaxia, Orbis candore notabilis, deputatũ eſt cæleſtibus Academicis Lycęũ. Martianus Capella: *Quidã cãdores lactei fluminis tractu ſtellis efflãnãtibus defluebant. Lętabunda igitur Philologia grateſq; teſtata, iter in Galaxiam flectit, vbi Senatũ Deùm à Ioue nonerat congregatum. Erat autem ibi Ionialis domus, vbi Iupiter cum Iunone, omnibuſque Diuis in ſuggeſtu maximo, ac ſubſellijs lacteis reſidens, ſponſales pręſtolatur aduentus. Qui ſimul Muſarum voces, ac diſſonis mela dul-*

*cia cantilenis, Virgine aduenlente percepit.* Viden in Galaxiâ Philologiam, Eloquentiæ Deam, ſuggeſtus, ac ſubſellia Deorum, Muſarumque choros? Viden Academiam? In orbem hũc lacteũ diluculò Deùm ſapientũ conſeſsus cõuocatus veniebat. Idẽ concinnè ſcripſit. *Omnis ille Deùm ſenatus in palatia, quę in Galaxiâ Iouis habitationem potiſſimùm faciũt, diluculò conueniunt.*

li.2.de Nupt. phil.

De inſignibus ſapientum animabus, ad Cælos euectis commeminit fabuloſa Gentilitas, vbi conſeſſum Academicum in ſidereo albo adſcriptũ, atque adoptatũ reducebant. Sidoniũ Apollinarem accipe, qui Philoſophorum Sectas in cælo hoſpitantes recenſet:

Epithal Polem. & Ara.

*Socratica poſt hunc*
*Secta micat.* Et ſubindè:
*Hanc ſectam perhibent ſummum excoluiſſe Platona,*
*Sed triplici formaſſe modo, dum primus, & vnus*
*Phyſyca, vel longo logicum, vel iungit ad Ethos.*

Mox addit:

*Hoc in gymnaſio Polemi ſapientia, vitam*
*Excolit, adiunctumque ſuo ſouet ipſa Platoni.*
*Obuiet, & quamuis totis Academia ſectis,*
*Atque neget verum, veris hunc laudibus ornat.*
*Stoica poſt ipſos, ſed concordantibus ipſis,*
*Chryſippus Zenoque docent præcepta tenera.*

Ex-

*Excluſi quippe iam Cynici, ſed limine reſtant:*
*At Epicuraeos eliminat, vndique virtus.*

Excipit omnes Cælum. Cynicos mordaces, Theonini dentis, Epicuræoſq; Volupiæ ſectatores, Palladiq; infeſtos omninò reſpuit. His conſona dedit Martianus: *At mox inter alios, quos aut Nilus dabat, aut Thebæ aliique, quos poſteà Aſtris doctrinę nomen inſeruit, deſignati Cælites nominentur, vt poſt membra corporea Deorum fierent curiales.* Hos in Galaxiã etiã conueniſſe refert.

Primus omnium præceptor, primuſque itidem alumnus diſcipulus, qui impellente Mercurio homines ad ſapientiam, doctrinamque comparandam, exemplo pertraxere, in Gemina ſidera, quæ *Caſtorem*, & *Pollucẽ* vocant, ſeu *Tyndaridas*, à Numine ipſo ſcientiarum præſide conuerſi, in Cælos, translati fuere. Eleganter carmine deſcripſit Iouianus Pontanus:

*Ocyor, & Zephiris cælo delabitur alto.*
*Vt ſtetit in duplices aptatà veſte gemellos,*
*Diſcat vt hic, doceat facundo pectore vt alter;*
*Ille ferens, iſte accipiens præcepta magiſtri,*
*Traxit in exemplum mortalia pectora.*
*Tum pater in geminas, diſtincto ſidere formas*
*Signauit Cęlo facinus memorabile, & aſtris*
*Indidit æternis, celsàque in parte locauit.*

Geminorum hoc ſignum Hermetis domiciliũ eſt,

ac

ſedes, atque gymnaſium ? Inibi adſidens feli. ci illius auſpicio natis, ſapientiam facundiam ingenij dotes magiſteria pollicetur. Sequitur Pontanus:

*Hic ſedem Patriamque domum, dulceſq; Penates,*
*Ipſe ſibi ſtatuit volucer Cyllenius; hic ſe*
*Exercet, proprias & ſigno accomodat artes.*
*Nam rerum occultas cauſſas, arcanaque ſacra*
*Rimantur, verbiſque modos, & carmina neruis*
*Adiungũt, pretio aut capti fora multa frequentant,*
*Aut veterum monimenta docent, & ſcripta virorũ,*
*Aut operam impendunt linguis interprete cura;*
*Et decus, & quidquid monſtrat ſapientia, norunt*
*Cęleſtes gemini, concordi fędere iuncti.*

Maiugenam hunc Deum eloquentiæ, Sapientes, atque Poetę omnes in Cælo peripateticum, quaq; deambulantem ſequuntur. Adſtipulatur Capella: *Elementorum pręſides, Angelicique populi pulcherrima multitudo, animæque præterea Beatorum veterum, quæ iam Cęli templa meruerunt; greſſus Maiugenę ſequebantur. Linum Homerum, Mantuanumque redimitos caneteſque conſpiceres. Orpheum, atque Ariſtoxenum fidibus perſonantes; Platonem Archimedemque ſphęras aureas deuoluentes; Ardebat Heraclitus, Vdus Thales, circumfuſus atomis Democritus videbatur.* O ſpecioſum Gymnaſium. O luciđiſſimum

*li. 2. de Nupt. phil.*

Ly-

Lycæum. O nitidiſſimam,ac rutilantem Academiam,illuſtriſſimoſque Academicos.

Pergit Capella: *Pythagoras cæleſtes quoſdam numeros replicabat; Ariſtoteles per cæli quoque culmina Endelechiam ſcrupuloſius requirebat. Epicurus verò mixtas violis roſas, & totas apportabat illecebras voluptatum. Zeno docebat fœminam prouidentem. Arcbeſilas collum intuens columbinum. Multuſque prætereà palliatorum populus, ſtudijs diſcrepantibus diſſonabat. Qui quidem omnes inter Muſarum carmina concinentium audiri, licet perſtreperent nullo potuere rabulatu.*

Quid tandem? Eunapius Alypij, & Iamblici occurſum exprimere ſatagens, Συνήντησαν, ait, ὥσπερ ἀστέρες. Veluti ſtellæ quæpiam in medio Muſæo occurrerunt inuicem. Atque in Aedeſio Idem Ἀπόῤῥοιαί τινες ὥσπερ ἀστέρων παρεχύθησαν, φιλοσοφούντων. Veluti affluentiæ, atque traiectiones Stellarum indè emanarunt Philoſophantium.

*Eunap*

*Idem.*

atque Vraniæ Muſæ.

## CAPVT III.

### Sylloge

*SIderum Permeſſus. Muſę antiquiores cæleſtis propago. Præcipua omnium Vraniæ. Eius munia. Muſæ Terrarum hoſpita. Precibus aduocantur. Olympiades, Olympi accolę. Philologia, ac Mercurij comites. Philologia Muſarum conſortium haud negligit. Muſę Apollinis pediſequæ. Apollo Muſarum cæleſtium Choragus. Cęlorum concentus, ac melos. A quibus percipitur. Muſę Sirenum comites ſphæras complent. Sono atque Harmoniæ præſunt. Nouem orbibus addictę. Chorodidaſcalę. Cæleſtis comitatus ſphærarum Sirenum, Muſarum, Olorum. Bacchi Muſis cæleſtibus adſociantur. Muſa Diapaſōn. Anima mundi Muſa, & Bacchus quid Muſæ Cęleſtes intelligentiæ ſunt Motrices, ac moderatrices.*

HAbent ſuum Sidera Permeſſum, ſuos latices Heliconios; ſuaſque Muſas Academicas, contemplationi deditas, ſuauiſſimumque melos depromentes. E Cælorum arce originem traxiſſe Muſas omnes exiſtimat Mimnermus apud Pauſaniā, in Boeoticis. Qui elegis pugnam Smyrnæo-

næorum contrà Gygen, & Lydos conſcripſit: Θυγατέρας οὐρανοῦ τὰς ἀρχαιοτέρας Μούσας, τούτων δ᾽ ἄλλας νεωτέρας εἶναι διὸς παῖδας. *Muſas antiquiores Cæli filias, alias Iuniores Iouis commemorat.* Omninò maximè cæleſtis Vrania eſt, cui cæleſtium ordo curæ fuit, ac Diuinorum contemplatio ſorte obtigit. Ità Platonis Phœdrus. Ἀν δ᾽ ἐ μάλιστα τῶν Μουσῶν περί τε οὐρανὸν, καὶ λόγους οὖσα θείους. *Vrania circà res cæleſtes, ac ſermones diuinos præ cæteris Muſis verſatur.* Cui fauet Satyricus Arbiter.

*Vranie numeris ſcrutatur munera Mundi.*

Muſæ in Terris hoſpitæ Patriam, & domicilium inter orbes, ac lumina ſeruant, quod inuitæ quidem aliò tranſtulere. Precibus mulcet Calliopen Lyrici Princeps carminis, vt Cęlos deſerat. *lib. 3. Ode 4.*

*Deſcende cælo, & dic age tibia,*
*Regina longum Calliopę melos.*

Neglecto Helicone Olympi iugum cęleſte renent Muſæ: vbi inter ſplendores feliciſſimè degunt. Ὄλυμπος, dicitur quaſi ὁλολαμπὴς, *omninò lucidus, ac ſplendidus.* Homerus: *Hom.*

Ἔσπετε νῦν μοι Μοῦσαι ὀλύμπια δώματα ἔχοντες.

*Adeſte mihi ò Muſę, Olympicas domos habētes.*

Heſiodus vltrò eſt: *Heſiodus.*

Μοῦσαι ὀλυμπιάδες Κοῦραι.

*Muſæ Cęleſtes Olympiades puellæ.*

Philologiæ comitatus Muſæ ſunt, & aſſeclæ,

L quæ

li. 2. de Nupt. phil. quæ eloquentiam illam Cæleſtem Hermetis ſponſam indefeſsè comitabantur, & conſtipabant. Capella: *Nec longè, ipſa quoque Philologia ambita Muſis, ac Matre præambulà corrogatur. Dedignatur Philologia, & ipſum Iouem, nè Muſarum, ac Palladis conſortium, vel breui temporis interuallo deſtituat.* Sequitur: *Virgo licet à Ioue eius aſſidere confinio iuberetur, tamen ibi potius voluit, vbi Muſas conſpexerat admotà Palladis conſortione reſidere.*

Muſæ Cæleſtes agiliores, ac citæ Ἀκυλίτου Apollonos, æterni motus Pediſequę. Nunquam interpolata ſiſtit chorea; viget ſemper Phębi pes, perpetuòq; ciet puellas. Plectrum nunquam deſerit aut Lyram: alterno vnà quatiunt pede ſidera; nec fatigata motibus tibia, pauſis interpellat choros. De his nouem Muſis Cæleſtibus circà vnum Apollinem, hoc eſt, vnius ſplendorem Solis diſcurrentes, mentionem facit Lirius Gyraldus luculenter.

Syntagmate de Muſis. Macr. in ſom. Scip. Conuentus ille Cæleſtis, ſuauiſque ſonus, qui Scipionis aures (Macrobio referente) compleuit; quique harmonicos reddit animæ motus moreſque, qui diuinum quid, ac ſpirituale ſapit, quique ſolum ab ecſtaſi, & furore actis perciti ſque percipitur. Sonitus, inquam ille, ac decantatum melos quod tenui ſphęrarũ colliſione, non fractum quid reboantium, ſed dulce, & mellitum; Muſarum ſublimium Symphonia eſt. Non me latet Platonẽ

Plato.

Si.

Sirenas ſphæris ſingulis, ſingulas deſtinaſſe. At Columella Muſas quoque comites inibi ſtatuit ad fixas. *De hortis Muſarum.*

*Nunc vos Pegaſidum comites Acheloidas oro.*

Sono quidem præſunt Muſę. Harmonia earum iuris eſt, omnibuſque communis. Plato de legibus. Ἡδὺ κοινὸν πάσαις Μούσαις. *Suauitas Muſis omnibus communis eſt.* Et in Phędro: *Agite ò Muſę, ſiuè peculiari quadam ſpecie cantionis, ſiuè in vniuerſum muſices genere, hanc fuiſtis appellationẽ ſortitæ.* Græcè: Κατὰ τὸ μουσικὸν λιγαιῶν. Puto legendum cum Serrano λιγυρὸν potius, quam cum Ficino λιγυρῶν. *lib. 3.* *In Phędr.* *Serranus.* *Ficin.*

Macrobius nouem Muſas fuiſſe adfirmat, quod octo ſphærarum Cæleſtium ſint, & vna quæ omnium harmonia eſt, conſtatque ex omnibus: Διαπασῶν. Octaua Muſa Firmamento addicitur, ac ſphæræ ſtellatæ, quam Heſiodus *Vraniam* vocat. Martianus: Sphærarũ concentus moderatrices, ac chorodidaſcalas videtur appellaſſe, hoc eſt chori Magiſtras. Suus cuique circulus, atque orbis curæ eſt, qui ad Muſæ præſtitis adſpectum mox reſonare incipit. Eius verba reddam: *Plaudente Phœbo Muſarum pediſequus, adhęrenſque comitatus, candenti canoràque alite vehebatur. Superi autem globi, orbeſque ſeptemplices ſuauis cuiuſdam Harmoniæ tinnitibus concinebant, ac ſono vltrà ſolitum dulciore; quippè Muſas aduentare præſenſerant. Quæ quidem* *Heſiod*

*ſingulatim circulis quibuſque meatis, vbi ſua pulſum modulationis agnouerunt, conſtiterunt. Vrania ſtellantis mundi ſphæram extimam concinit (*ſeu vt alijs placet*) continet, quæ acuto raptabatur ſonora tinnitu. Polymnia* Saturnium *circulum tenuit; Euterpe Iouialem, Erato ingreſſa Martium modulatur, Melpomenes medium, vbi Sol flammanti Mundum lumine regit, conuenerat. Terpſichore Venereo ſociatur Aſtro; Calliope Orbem complexa Cylleniũm, Clio extimum circulum, hoc eſt in Lunà collocauit hoſpitium. Quæ quidem graues pulſus, modis rauciorib us perſonabat. Sola verò quod vector eius Cygnus impatiens oneris, atque etiam licentiam ſubuolandi in alumna ſtagna petierat.* Vide quale Cæleſte; conſortium, atque ſymphonum comitatum exhibeo? Sphærarum, Sirenum, Muſarum, Olorum.

Ad huius rei calcem, non omittam, quæ ſtatuit

*lib. 2. c. 22.* vrbanè Orpheus, & prodidit Cælius. *Sphærarum animas duas eſſe conſtitutas, quæ duplicem vim referunt cognoſcentem, atque viuificantem. Quàpropter nouem Bacchos, nouemque Muſas cælis adfixit. In animà ſphæra Lunaris Bacchum Lienitem, & Thaliam; Mercurij Silenum, & Euterpen; Veneris Lyſium, & Erato. Solis Trietericum, & Melpomenem; Martis, Baſſareum, & Clio. Iouis Sebaſium, & Terpſichore; Saturni Amphietum, & Polymniam; Octaua Perichtonium, & Vraniam; in animà Coſmi totius Eribromum, & Calliopen.*

De-

Dedimus commentis fabelliſque locum, ſeu potius poeticis Philoſophiæ inuolucris. Academicæ illæ cæleſtes Muſæ, ſpirituales ſunt Intelligentiæ, Beatæque mentes ſphærarum, atque Siderum tutelares, præſidenteſque. Vtque ſupremi orbes excellunt ſubices, ità Virtutes illorum Motrices infimas dignitate exuperant, præcellunt. Suprema ſphærarum ſequentem docet, illuminat. Quà ſurgit clarus Oriens immobiliter addictæ, nutu mentis, atque imperio ſphæras mouent. Si quam ſymphoniam, ſi quid Muſicum ſonant orbes, Intelligentias præſides auctrices, moderatriceſque agnoſcunt.

## ACADEMIA ATHLETARVM Gymnaſion, & Gymnopędia.

## CAPVT IV.

## Sylloge.

*GYmnaſij nomen Academiis* ***accommodatum****. Gymnaſia nudorum* ***Athletarum*** *loca. Olympionici nudi.* ***Gymnicorum*** *exercitamenta. Propè* ***Gymnaſia*** *Fontes. Athletarum lauacra.* ***Smyrnęi*** *Gymnaſiorum cultores.* ***Proxima*** *ripis marinis. Iaſenſium Palęſtritæ lauabant. In Gym-*

na.

Digitized by Google

& *Porticuum*. Proximi erant Gymnaſijs, & porticibus fontes. Gymnaſia etiam propè maris littora ad lotionem commodùm extructa, Aelianus tradit de Iaſenſibus: Γυμνάσιον τὸ τῶν Ιασέων ἐπίκειτο τῇ θαλάσσῃ, καὶ οἱ γὲ ἔφηβοι μετὰ τοὺς δρόμους καὶ τὰς κόνιας κατιόντες. *Iaſenſium igitur Gymnaſium Mari imminet: illic Ephebi poſt curſu, & palaſtras aquam ingreſſi, recepto antiquitus more lauabant.* Meminit, & huiuſcemodi moris, ac lotionis poſt curſum pulueremque Philoſtratus in Heraclide. *Qui Fontem auratis laquearibus ornatum* ἐν Ἀσκληπίου γυμνασίῳ *In Aeſculapij Gymnaſio erexit*. Vnguentis inibi emolliti tantummodò, vt agiles delicati, ac formoſi fierent; quinimmò & cynædi curæ illis erat. Plutarchus aduocatur. *A Romanis Græci in ſeruitutem redacti, emolliti, atque virili animo deſtituti* γυμνάσια, καὶ παλαίστρας *Gymnaſia, atque palæſtras, armorum vſu abdicato gratiſſima habuere, loco grauis armaturæ militum, & equitum.* Εὐτράπελοι, καὶ παλαιστρῖται, καὶ καλοὶ λέγεσθαι. *Vt agilum, Palæſtritarum, pulcrorumq; nomen adipiſcerentur.*

lib. 6. anim. c. 15

de uitis ſophiſ.

lib. 2. ſymp. Q. 5.

*I*n Gymnaſijs ludos, atq; ſacra Dijs celebrata maximo gẽtiũ cõfluxu idẽ Philoſtratus retulit: cũ Neronis Gymnaſiũ deſcribit. Τῶν ἐκεῖ θαυμάσιτατον, *Omniũ celeberrimũ, & admirabile.* Λουκλῶ δ᾽ ἴδυον

In vita Apol. Tyan. li. 4

*Lacedæmones introduxerunt. Sicuti* ἐν Ἄργει τὰ ἐνδύματα καλούμενα *in Argis ea quæ Endymatia, ſeu indumenta appellantur.*

Studiorum domicilijs conſonum valdè eſt Gymnaſij nomen: quippe quæ ſint Athletarũ theatra diſceptantium, ſtudiorum Olympionica, ingeniorum ſtadia, progymnaſmata literarum: vbi adumbratà acie dimicant, veliteſque intellectus excurrunt. Vſurpo dictum Homeri: *Odyſ.*

Πείρησαι ἀέθλων,
Εἴ τινά που δεδάηκας.

*Experimentum fac certaminum,*
*Si aliquid fortè didiciſti.*

Victoria atq; ſertum Eloquentiæ celeriori, & floridiori debetur. Homerus iterùm: *Odyſ. H.*

Καὶ μύθοισι κέκαστο.

*Eloquentià* vincebat.

Sunt Scholę Puerorum accinentium Gymnopædiæ. Sunt & Gymnaſia colluctantium oratorum, eorumq; agonibus deſignatæ planicies. Gratiori ſpectaculo Mineruæ cõtentiones inſpectarem, quã furẽtis Bellonæ. Nuda ſcientia nullis ementientibus fucis coloratam, neque inuolucris induſijsue opertã ſeſe obfert: quinimmò ceu è lauacro dilutã ſinè ſorde, ſinè exterarũ rerũ fæce depuratã. Nec illud omiſerim Græcanicũ: γυμνᾶσαι, καὶ εἰς φῶς ἀγάγειν λέγεται, ἐξ οὗ, καὶ γεγυμνασμένον τὸ φανερὸν, καὶ δεδασμένον. *Nudari eſt, & in lucẽ educere.*

*Vndè manifeſtum, apertum dicitur, ac denudatum.* Eniteſcit denudata ſcientiarũ claritas, in lucẽ veritas, ex ignorantiæ latibulo euocatur. Propulſatis tenebris, principijsq; rerũ propalatis palàm ſplendeſcit, manifeſtè elucet arcana cognitio. Pulcriores ſub dio, claroq; die vigilum Academicorum, pugilumq; ſapientum Agones.

## ACADEMIÆ MELLITORVM
### Intellectuum Apiaria.

## CAPVT V.

# Sylloge.

*Academia mellis alueare. Apes Luciuagæ. Academici ſiluanæ apiculæ. Sacræ prophanæq; litteræ roſeta, atque arua. Poetæ Leues, alati, pennigeri. Apes Muſarum uolucres. Apollinei tuguris incolæ. Crabrones fures Mellificium deturbantes. Apiarium Nectare oppletum Academia. Pacificum Apum certamen. Meliſſæ loquaces. Academici non muti contendentes. Eloquens ac verboſa contentio. Meliſſarum bombus. Capellæ locus illuſtratur. Apes Bombinatores. Bombinatio, & bombilatio quid? Apes Debborim, Muſica Animalcula. Oratorum lingua melliflua. Gallicus Hercules. Eloquentes Floriuagi, mellilegi.*

Mel-

MEllis cellaria Apum Academię, litterarum Gymnaſia Sapientum Apiaria ſunt; inuicē hęç referuntur, moreſq; viciſsìm mutuantur, & mutuant Apes Animalcula ſocietatis amica Philoſophici conuentus ſpeciem præſeferunt. *Diſce*, ſuadet Chryſoſtomus, *ab Ape honeſtiamorē, ſocietatemque, & inter ſe communionem*. Et Ambroſius à Muſonio obſeruatus: *Apis è conuerſationis, viteque ſocię amatrix.*

Apes Luciuagæ, auſpice primæ lucis radio, ſiluas, ac prata peruagantur, fontium margines, ripaſque thymo florentes, olentesq; peragrant: operiſque mellei ſtudioſæ, lambunt ſuguntque è floribus ſuauiſſimum rorem. Phocylides.

*Tractat Apis ſtudioſa ſuum prudenſq; laborem,*
*Siuè caua petra per ſpecum, in arundinibuſue,*
*Aut in ventre caui iucundo roboris antro,*
*Floribus efficiens beneolentia cerea tecta.*

Academici ſiluanæ Apiculæ denſiſſimum ſapientiæ nemus colluſtrant, veri perſcrutandi gratià errones quaquà verſus auolant. Martialis:

*Hoc tibi Theſei populatrix mittit Hymetti,*
*Palladis è ſiluis nobile nectar Apis.*

Michael Gelherid: *Manibus pedibuſque decet adniti, vt fauos eruditionis ſimili artificio concinnetis, vndè mella Muſarum, & Gratiarum, in vſus vitæ*

M 2 hu-

*humanę ſuo tempore concinnetis.* Mox: *Ex his ſacrarum, & profanarum litterarum floribus, qui ſparsim in hoc Roſeto vident ſuccum colligatis, vt aliquandò mella ſpiritualis dulcedinis indè conficiatis.*

Api Thyma carpenti ſe eleganter Flaccus comparat:

*Ego Apis Mutinæ,*
*Grata carpentis Thyma, per laborem*
*Plurimum, circà nemus, vuidique*
*Tiburis ripas, operoſa paruus*
*Carmina fingo.*

*Plato.* Platonis Io ornatè ac venuſtè ſatis: *Affirmant Poetę,* ἀπὸ κρηνῶν μελιῤῥύτων ἐκ μουσῶν κήπων τινῶν, καὶ ναπῶν δρεπόμενοι τὰ μέλη ἡμῖν φέρουσιν, ὥσπερ αἱ μέλιτται, καὶ αὐτοὶ οὕτω πετόμενοι, καὶ ἀληθῆ λέγουσιν· κοῦφον γὰρ χρημα-ποιήτης ἐστι, καὶ πτηνὸν, καὶ ἱερόν. Serranus ſic transfert. *Se è fontibus quibuſdam melleo laticè manantibus, & quibuſdam Muſarum hortis, & viridarijs carmina illa decerpere, quę nobis obferunt. Quemadmodū Apes, ipſi quoque Poetę volitantes. Et verum dicunt: Poeta enim eſt res quędam leuis, volatilis, & ſacra.*

*M. Varro* . Apes item, & Poetas Muſarum volucres Varro appellat. *Quæ,* inquit, *Apes. Atquì & ſi quandò diſplicatę ſunt, cymbalis, & plauſibus, & numeris reducuntur in locum vnum. Et vt* Muſis *Helicona, atq; Olympum, ſic his floridos ac incultos natura*

*attribuit montes, nec deuiant vero, qui Ariſtæum paſtorem fuiſſe Muſarum dicunt, quod primùm Mellis vſum adinuenerit.* Sapientes non vulgaria peruolant vireta, ſed aurea illa Heſperidum immarceſcibilia, æternaque mellea monumenta delibant. Lucretius: lib. 3.

*Floribus vt Apes in ſaltibus omnia libant,*
*Omnia nos itidem depaſcimur aurea dicta:*
*Aurea perpetuâ ſemper digniſſima vitâ.*

Quidam declamatione de virtutibus Apiculæ ità ſe ſe inſinuat *Toto pectore Deum rogo, vt mella ſua, & Apes, & hos noſtros alueolos, ideſt Academias ſeruet, & tueatur. Alat ſedulas Apiculas, quę in hoc occupatę ſunt, vt ex cęleſti rore dulce mel ad poſteritatem tranſmittendum colligant.* Apibus quoq; Philoſophus morē eſſe teſtatur, nè florū plura genera petāt; vno eodéq; profectu. Hoc eſt à Violà ad Violam aduolare. Libros, nè deuorent, ſed ſparsìm paſsìm euolent, attentiuſq; Academici euoluant, Philyras diligenter perrimētur, ordine legant, artiumque colligant mella.

Apes non mediocris Sapientiæ inſecta, Academicos ad profundam, multoque prętio labore acquirendam exemplo ſunt, acquiſitamque viciſsìm communicandam hortantur. Arnoldus Bierſtedius pulcrè:

Ἡ σοφίη μεγάλη σώματί ἐστι μικρῷ,

Ἐστι πόνος κοινὸς, βρῶσις καρπὸς, νεὰ κοινὰ,

Κτῆμα δόμος κοινὸς, κοινὰ ἅπαντα νέα.

*Eſt labor communis, cibus fructus, omnia noua com munia*

*Poßeſſio, domus communis, cõmunia omnia noua.*

Crabrones procul ablegant deijciuntq; Apiculæ, qui aliena opera ſuffurantur. Par eſt Veſpas fucoſque ocioſos quidem, at aculeis infeſtos Sycophantas à litteratorum Aluearibus abigi. Mox citatus redit. *Arceat à noſtris alueolis fumos Sophiſtarum, & ambitionum. Depellat etiam Fucos, & Crabrones, pias operas, & totum noſtrum mellificium deturbantes.* Nec non & Michael Gelherid. *Iunctis animis, & viribus omnia tranquillitati, & commodis aluearij veſtri Palladij noxia repellite.*

Aluearia nectare repleta Academiam omnibus virtutibus cumulatã deſcribunt, & Muſæum ipſis quoque Muſis ſacrum. *E*uſthatius Apem ait, ζῶον εἶναι συγγενὲς τῇ ποιήσει *Animal eſt poeſi cognatum, & adfine prorsùs. Quin ipſæ etiam Muſæ Apiculę ſunt, dulceſque congerunt theſauros.* In

*lib.* 1 Anthologià.
*c.* 67

Αὐταί σοι σομάτεσσιν ἀνηρείψαντο Μέλισσαι,

Ποικιλὰ Μουσάων ἄνθεα δρεψάμεναι.

Ip:

*Ipſa tibi in os conſederunt Apes,*
*Varios Muſarum flores decerpentes.*

Apollinis tugurij Apes incolæ, ſeu eius Palatij Aulicæ, quid niſi Muſas comites referunt? Concinnè Theſpeſion, Gymnetùm Princeps apud Philoſtratum: *Apollo Deus humilem incoluit caſam, ac tugurium illi paruum compactũ fuit.* Ἐς ἣν ξυμβάλεσθαι λέγονται· Μέλιτται μὲν κηρὸν, πτερὰ δὲ ὄρνιθες. *Vbi Apes fauos, & aues plumas congeſſiſſe traduntur.*

Meritò igitur Academici Muſarum alumni, Apum ſolertiam, moreſque imitantur, atque adeò vt Apiarium elegantius dixèris illorum cõuentum, quam Gymnaſium. Concinnè hoc totum Michael Gelherid. *Quem verò ſignatius referent Apiculæ quam vos Muſarum alumnos?* Plutarchus. Virum acerrimi iudicij, cumulũ virtutũ nominaturus, nõ cõſeſsũ; nõ Deos Cõſos, nõ Areopagũ, non Stoam, non Academiam, aut Lycæũ, ſed Apiariũ dixit. Apiarium enim vt mellis officina, ità omnium virtutum ſcientiarumque domicilium, ac Regia ſedes habetur.

Pacificum Apum certamen non omiſero; æmulumque conatum, quo agminatìm congrediuntur, nè quis flos, aut herba citrà aculeum ſeruetur illæſa.

Ἐν νόμῳ ἄλλοισιν πᾶσι πόνοισι φίλη.

Ait

Ait Arnoldus: *Ceu Athletæ in paſcuis pugnant labore iucundiſſimo*. Meliſſę loquaces operoſæ: mutæ elingues, ac taciturnæ non operantur; ſuffuranturque mella ſilentio. Murmure mella legunt, lenique ſuſurro circumferuntur, quia à Græcis Bombus dicitur. Vndè βομβεῖν Theocrito. βομβεῦσα μέλισσα. *Perſtrepens Meliſsa*. Suſurrat cum è cellarijs redit Apis. Plutarchus. βομβῶ τῶν συμβλων. *E cellis inſono Bombo*. Martianus Capella poſtremo de Nuptijs Mercurij, & Philologiæ libro.

In Polit.

Capella.

*Ipſoque dudùm bombinatore floſculo,*
*Decerptum falce iam caneſcenti rota.*

Senſum aucupatur Grotius in notis, qui mauult legi:

*Ipſo dudùm bombinatorem floſculum.*

Malim bombinatore.

*Decerptum falce iam caneſcenti rota.*

Bombilationem, non bombinationem lego cũ eodem: vti & auctor Philomelæ:

*Bombilat ore legens munera mellis Apis.*

In Anthologià de Apibus: βομβηδὸν κλονέονται. Iterùm: βομβήσσα μέλισσα: *Bombilans Apis*. Ariſtophanes ψύλλαι βομβεῦσαι. Hinc Bombyle Apis cuiuſdam genus magis obſtreperum. Vti & Feſtus *Bombilationem*, Apum murmur eſſe teſtatur. Gaza *Bombulo* dixit. Alij *Bombitatione*, ſeu *bombizzationem*.

Plato.

Or-

Ornatis ſermonibus, eloquentiſſimiſque ſuſurris, Academici ſua mella, ſua opera delibant. Nunquam nuſquã muta elinguis Sapientia eſt; neque Aſtomos, ſeu Agloſſe. Loquitur, eloquitur, comptè eleganterque diſcurrrit. Hebraicè דבורים *Debborìm* Apes, à ſciores דבר *dibber*, Orare, eloqui maxima vehementià, atque impetu dicere. Sunt Rhetores Apes *Orat.* Rethoreſque Meliſſæ: de his Maierus. *Perpetuo bombo operi noſtro vacamus Muſica animalia.* *Encomiaſticà.*

Oratoris Academici lingua melle ſcatet, & vt ait Petronius, *mellitos verborum globulos inſtillat.* *In Satyr.* Spargit nectare infuſos flores. Gallicus Luciani Hercules linguà flores, lilia ſeminabat: addo ſimul & mella. Eius in ore perpetuum mellitum floridumque ver. Inibi ambroſius, dulciſque humor congeritur. Nonnus: *Melistagen* linguam lepidè dixit; Melle manantem. *Dion. id.*

*Dulciorem alueari melliſ uam miſit vocem.*

Πιερικὴ δὲ μέλισσα περὶ ςόμα θεῖον ἀλᾶται,
Κηρίον ὠδίνουσα μελιςαγές.

*Pieria enim Apis tuo erat in ore Diuino,*
*Fauum parturiens mel.itum.*

Ariſtoph: μελίγλωσσα ἔπεα. *Carmina mel'cà linguà ſ'uẽtia.* *in Ornith.* Tryphiodorus μέγα κῦμα μελιςάγεος νιφετοῖο. *Ingens*

de ani procella: imbris mellifluí. Tertullianus: *Mella fa-*
ma. *cundiæ.* Theocritus:
Idyl.
20.

Ἐκ στομάτων δ᾽,
Ἔῤῥει ἐμοῦ φωνὰ γλυκερώτερα ἢ μελικήρω.

*Ex ore autem*
*Fluebat vox fauo ipſo dulcior.*

In Pindarus de dulciſono ſermone μεμιγμένον μέλι
Nem. λευκῷ σὺν γάλακτι. *Mixtum Mel cum lacte candido.*

Agmen claudo M. Antonij Mureti Carminibus, quæ paucis mutatis ſic reddo.

*Ipſe ego tùm è terrà pennis ſublatus amoris,*
*Per charitum Sophiaque hortos, pictoſq; perenni,*
*Flore ferar campos, & vulgò incognita prata.*
*Vndè metam violáſque, & purpureos hyacinthos,*
*Intactaſque roſas, immortaleſque amaranthos,*
*Nectareumque legam iucundo murmure rorem.*



# ACADEMIA SAPIENTVM CONuiuarum ſympoſion: quibus Nectar, & Ambroſiam à poculis Sapientia propinat.

## CAPVT VI.

## Sylloge.

*DII compotores, & conuiuæ. Cibus Deorum quis. Nectar obſouium. Ambroſia potio. Aporrhax. Liquidus latex. Mortalibus neſas guſtare. Tantali mulcta quare? Ambroſia æthymon. Immortales ſolummodò eam bibebant. Academici Immortales Nectare delibuti. Philoſophia Nectar ad immortalitatem propinat. Hermes Deùm &* Sapientum *Pincerna. Mercurius Nectariſugus. Mater Nutrix. Muſæ à poculis. Academicorum adminiſtra. Bacchus promus, & pocillator. Vnda Pegaſea Nectarea Amaltheæ cornua Ambroſiâ et Nectare repleta. Gymnaſium Attici Amalthæum quare? Mamma Deos lactans Nectarea.*

DEorum Conuiuia rudioribus indoctiſq; ſat nota. Laboraſſe eos fame, ſitique, algore, atque æſtu nimio correptos ſcripſit inſana Gentilitas. Inter hos plerique, haud neceſſitate compulſos, ſed ad maxima felicitatis argumenta conuocatos potius eos dixere, cum in

M 2 epu-

epulis, ac ſympoſijs compotores, & conuiuæ in Apolline prandebant. Non ijs inſulſus cibus, aut qualis Mortalium opiparus, corruptioni obnoxius. Alimentum quod immortalibus impertiebantur immortale erat; Promuſq; itidē immortalis. Ouidius:

*lib. 1 de Pōto.*

*Nectar & Ambroſiam, laticeſq; epulaſq; Deorū.*

Ambroſiam dictam puto quaſi Ἄβροτον *immortalem*. Heſychius ἀμβροσία θεία θαυμασία τροφή: *Cibus mirandus, ambroſius, ac Diuinus.* Nectar edulium obſoniumque fuiſſe, ex Anaxandride clarè liquet: νέκταρ μάττων ἐσθίω. *Nectar mandens comedo.* Et apud Alcmanem τοὺς θεοὺς νέκταρ ἔδμεναι. *Dij nectar comedunt.*

Ambroſiam potionem quam in poculo hauriebāt, illis impertiebātur Superū pocillatores, ac pincernæ. Sappho Ἀμβροσίας κρατήρ. *Crater Ambroſia.* Anaxandris Ἀμβροσίαν διατείνω. Ambroſiam diſtribuo. Ab Homero Ἀποῤῥὼξ dicta, deducta, ac deriuata. Exin colligit Scholiaſtes Euſtathii eam fuiſſe ὑγροῖς προσαρμόζον: *Liquidis laticibus liquoribusq; adſimilem.* Nemini Mortalium Nectar, & Ambroſiam ſummo digito guſtare datum eſt. Tantalum vti furem, idcirco ſempiternà damnatum Poenà, tradit Pindarus:

*In Olymp.*

Ἀθανάτων ὅ τι κλέψαις.

Ἁλίκεσι συμπόταις,

Νέκταρ, ἀμβροσίαντε,

Δῶκεν, οἷσιν ἄφθιτον.

Θέσαν.

*Immortalium quandò furatus*
*Nectar, & Ambroſiam compotoribus*
*Dedit, in quibus immortalitatem,*
*Dij poſuerant.*

Ambroſiæ nomen Enucleo : ἣ βροτοὶ ὀ μετέχουσιν βρῶσις : *Cibus cuius nequeunt mortales eſſe participes.* *lib. 3. Ode 3.* Horatius :

*Illum ego lucidas*
*Inire ſedes, ducere nectaris*
*Succos, & adſcribi quietis*
*Ordinibus patiar Deorum.*

Solummodò Academicis peculiari priuilegio conceditur , vt vnius ſympoſij conuiuæ, Ambroſios doctrinarum liquores abundè, atque affatìm inuicem propinent, ac bellaria immarceſcibilia viciſsìm impertiantur . Dijs Ganymedes , atque Hebe à poculis electi miniſtrabant, nectareumque fundebant liquorē. Nectar puto dici ἀπὸ νέον , καὶ ἔχω : Quaſi *Neonectar*, Syncope factà qđ iuuenes adoleſcere faciat . Διὸ καὶ ἥβη κιρνᾷ . Idcircò illud Hebe adminiſtrare di-

dicitur. Exeſt Deùm confinio ſenectus: cre-
peros eliminant oculos beata limina. Sapientes
quoq; ſiliceruiũ nõ admittunt, quorũ virtus ſem
per vireſcit, viget adoleſcit; marceſcit nuſquam.
8.13 Sapiens: ἕξω δὲ αὐτὴν ἀθανασίαν, καὶ μνήμην αἰώνιον τοῖς
μετ' ἐμὲ ἀπολείψω. *Habebo per hanc* (Sophiã) *immortalitatem, & memoriam ſempiternam poſteritati relinquam.*

Academicos ſuos *Iamblichus* (vt de eo Eunapius ſcribit) *in Sympoſio dulciſſimis ſermonibus cõ*
C. 2. *uiuas ſuos* Διατιμπλὰς ὥσπερ νεκτάρος, *veluti nectare delibũtos replebat*. Ità vt ſatietatẽ huius voluptatis capere nõ poſſent. Idẽ in Protepticis adhortationibus Ambroſiã è Philoſophià docet inſtillari, ſapientesq; immortales euadere, & ſempiternos. Τῶν κατὰ φιλοσοφίαν θεωρημάτων ἀπολαυστέον ἐφ' ὅσον οἷον καθάπερ ἀμβροσίας, καὶ νέκταρος. Ἀκήρατόν τε γὰρ τὸ ἀπ' αὐτῶν ἡδὺ, καὶ τὸ θεῖον μεγαλόψυχον δύναται, τε ποῖον, καὶ εἰ μὴ ἀϊδίους ἀϊδίων τε ἐπιστήμονας. *Frui debemus quoad fieri poſſit Philoſophiæ Theorematibus, inſtar Nectaris, & Ambroſiæ. Immortalis namque eſt, quę ab illis procedit voluptas, & veluti Diuinum quid, quod & magnanimum efficere poteſt: & ſi non æternos, rerum tamen æternarum peritos.*

Sapientum pincernæ Mercurius Hermes ſcientiarum præſes, qui etiam Deùm fuiſſe perhibetur à Sappho apud Athenæum.

Αμ-

Ἀμβροσίης μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο,
Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ὄρπιν θεοῖς οἰνοχόησεν.

*Ambroſiâ crater temperatus erat:*
*Hermes autem accipiens vinum Dijs infundebat.* lib I.

Nec mirum cum ipſe Iunonis lacte, & poculo educatus, immortaliſque effectus ſit. Capella: *De hinc Iuno nuptiis non ſolita refragari, tunc etiam Cylleniũ diligebat, quod eius vberibus educatus, poculum immortalitatis exhauſerat. Perinde & Matris gratiam conferebat.* Obiter hic noto cum Grotio: *Matrem* prò *nutrice* vſurpari. vti Plautus: In Olym. Ode 7.

*Mater quæ Mammam dedit.*

Pindarus.

Νέκταρ χυτὸν Μοισᾶν δόσιν,
Γλυκὺν φρενὸς καρπὸν.

*Nectar fuſum, Muſarum donum,*
*Dulcem Mentis fructum.*

Ipſę etiam Muſæ Academicorum adminiſtrę nectar propinant, ac nectareum poeſis liquorē. Nonnus:

Οἱ γλυκὺ Μοῖσα, καὶ ςόματος χέε νέκταρι

*Illi Muſa dulce nectar in os infuderat.* Cęlius li. 22. c. 2.

Orpheus ſingulis Muſis vnum præficit Bacchum, quoniam is ſymbolicos, & opertę Diuinæ cognitionis nectar prudentioribus præbet. Gyraldus Syntagmate de Muſis cauſſam alterā addit: *Ut Muſarum vires Diuinæ cognitionis nectare*

*ctare ebrias intelligamus*.

Fontis Pegaſei vnda Nectarea, ac Nectaris ſcaturigo eſt. Muſarum fontem Pegaſi excauatum vngulà, nectareum vocat Perſius in prologo:

*Poetricas picas,*
*Cantare credas Pegaſeium melos.*

Antiqui codices, quos etiam probat Caſaubonus habent: *Pegaſeium Nectar.*

In Anthol. lib. 1.

Πηγάσιδος κρήνης νεκτάρεαι βάδες.
*Pegaſei Fontis Nectarei latices*.

Ijs profectò Oratoris Academici ſermones, atque eloquia irrigantur. Quæ putas germina, ingenia Nectare ſaturata ſubmittere? Quas turgere gemmulas? Ecquos immarceſcibiles prodire flores, fructus matureſcere? Tryphiodorus:

Ἀνδρὸς ἐπικλύσσα μελίχροι νέκταρι φωνὴν,
*Viri irrigans mellito nectare vocem.*

Amalthęam Iouis Nutricem cornua habuiſſe duo lepidè effinxerunt Poetæ vnum ambroſià repletum, nectare alterum. Eloquentiæ Princeps Cicero Attici Gymnaſium propterea Amalthæum vocauit; inibi etenim auditoribus ſapientia nectare, & ambroſià dulcior inſtillabatur. Eius rei Apodoſin expreſſit Pontanus luculenter. *Amalthiam, & Amalthaum* ap-

progym. 2.3.

*appellauit Cicero Gymnaſium Attici, à multitudine librorum. Capra ſiquidem Amalthea, quæ Ioue aluit, altero cornu ambroſiam, altero nectar copioſe fudiſſe dicitur. Vel à Copia igitur, vel à ſuauitate librorum quibus paſceret animam, vt cibo ſapidiſſimo, vel ab vtroque nomen, ſeu Gymnaſij, ſeu bibliothecæ impoſuit Atticus.*

Amalthææ cornua duo copiæ (ſi meum quęras placitum) duæ nutricis mammæ ſunt. Et quæ Deo immortale alimentũ, ad incrementum tribuere, non lacte, ſed nectare ſcatebãt. Gymnaſium verè Amalthæum eſt, cuius immortales alumni ambroſijs laticibus delibuti æternùm viuent; eorumque nomina perpetùis monumentis, æternitati commendata adſcribentur.

## ACADEMIA PALLADOS, ac Muſarum certamen.

### CAPVT VII.

### Sylloge.

*Pallas Sapientiæ, et armorum Dea. Academica certamina. Animoſum, et Philoſophum in Gymnaſio.*

N Mi-

*Minerua duplici functione celebris. Solemnia Pallados Virginum certaminibus inſignia. Chalcioecum eius cognomentum & quare? Mendum in Liuio expungitur. Poetæ Athletæ. Muſę prælijs pręſunt. Fons Caſtalidum propè Gymnaſium. Muſarum caſtra. Academici auctorati milites. Muſarum furor. Sapientes correpti, & perciti. Inuicem ad furorem incitantur. Nemo citrà furorem ſapit. Philoſophos dedecent roſea ſerta. Decent laurea & pennata. Poſt colluctationes debentur. Certamina Muſarum, & Academicorum Muſica, & harmonica. Sacellum Muſarum ad læuam Chalcioeci. Simulacrum in Delo.*

PRodijt è Iouis cerebro armata Pallas; eadem Sapientiæ, atque Armorũ Dea; cuius ſacris nedùm Philoſophi, quin ſtrenui etiam milites initiantur. Videas Mineruæ Clypeo tectum caput. Videas vmbone, atque haſtà minacem, vultu inceſſu ſermone belligeram, apud Homerum, omneſque paſsìm Poetas. Implacabili bello certant ſapientes, æmulà conceptuum virtute præliantur; deque ingenij ſummà acriter dimicantes, extremas experiuntur vires. Conſpicua in Academijs inuaſio cernitur, in quibus diſceptationes problemata poemata, apologiæ carminum caſtigationes certaminis anſam præbent. Cæterùm appoſitè Plato θυμοειδῆ, Animoſum, καὶ φιλόσοφον ac Philoſophũ in Gymnaſio adſociat. Pallada ſolers antiquitas, Mineruâq;

vnam,

vnam, duplici functione celebrem adorauit. Pacificæ ſapientiæ, ac tumultuantis belli. Natales eius è Iouis capite, Olea, Triplex veſtis, Noctua ſunt documenta ſapientiæ, artiumque pacis. At criſtata eius Galea, Haſta, Aegis, Gorgon laudũ bellicarũ extitere monumēta. Vna omnibus ſufficit, otio, & militiæ; quieti placidæ, & inquietæ contentioni; contēplantiũ ſilentijs, & diſceptantium agonibus.

Pallados ſolemnia puellarum Virginumque certaminibus colludentiũ celebrata. Meminit
Strabo: *In Africà eſt palus Tritonis deriuato nomine* li. 15
*à Mineruà, quam ibi genitam ferunt: faciuntque ſincerā fabulæ fidem, quod natalem eius ludicris Virginum, inter ſe decertantium celebrant.*

Chalciœcum Pallados cognomentũ ex Liuio li. 31
ab vrbe condità facilè colligo. *Aetoli circà Chalciotē, ideſt Mineruæ templũ æneum congregati cędun-*
*tur.* Reponendũ cenſeo cũ Cælio *Chalciœcum*, ex li. 19
pungendũ *Chalciotē.* Græci omnes certatim tra- c. 8.
didere ſic dictā, vel quia domũ habeat æneā, vel quia ex Eubœa Chalcidonus erexerit Fanũ Obiter noto *Chalciœcum* dici Pallada, quia æneæ virtutis ſit domus Sapientiæ armata, ac pugnax.

Ingenia ceu dimicantes Athletæ digladiãtur.
*H*oc epitheton Poetæ tribuitur à Nonno. *Dio-*
Πιερικῆς ἀμφῆλαντ' ἐρ ἀοιδῆς. *nyſo*

*Pierij Athleta carminis.*

His certaminibus Muſæ præſunt bellatrices. Innuit Pauſanias. Qui Caſtalidum Muſarum fontem irriguum, propè Gymnaſium Athletarũ collocatum refert. Alexander in Perſas bellum moturus Muſis ſcenica celebrauit certamina; vti refert Siculus Diodorus. Muſę ad procinctũ in litterariâ palęſtra Academicos vocât. Habent ſua caſtra Muſæ, in quibus Academici litterario baltheo auctorantur. Ioh. DinKelius inſit. *Adoleſcentes recenter ad Academias, vt ſe Muſarum caſtris adiungant confluentes.*

*in phocicis.*

Cum Sole natus Muſarum furor, quo ſapientes viciſsim concitantur ad anceps certamen. Academicorum acies hoc furore corripitur. Platonem in Io furente adſtipulatorem habeo. Μοῦσα ἐνθέους ποιεῖ, αὐτὴ διὰ τῶν ἐνθέων τούτων ἄλλων ἐνθουσιαζόντων ὁρμαθὸς ἐξαρτᾶται. *Muſa diuino quodam ſpiritu adflat. Ipsàque tunc illorum hominum Numina concuſsatorum operà, aliorum etiam hominum diuino quodam Numine correptorum ſeries quædam contexitur, atque eleuatur.* Hos Corybantibus adſimilat furentibus ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες. Aliud apponit exemplum Plato, de Magnete, ſeu lapide Heraclio, qui nedùm anulos trahit ferreos, ſed ijſdem δύναμιν ἐντίθησι, vim indit, alios trahendi. En tibi Academiam Corybantum ingeniorum

do-

doctè inſanientem à Platone deſcriptam. Philoſophos quoque inſanire ſcribit Ariſtoteles. Et citrà furorem non fieri magnum virum inter Democriti placita recenſetur. Additque Plato. Qui citrà furorem Muſarum Poeticas adierit fores eſſe inanem. Subditque Cælius. *Vaticas mentes extimulant Muſæ rapiuntque. Inſpirati vates ſuos adflant interpretes; ab ijs auditores excitantur.* lib. 2

Ex ijs diſces cur Muſarum diademata pennata, Poetarum verò laurea ſint? Nonniſi deuictis, debellatiſque Sirenis coronatæ Muſę. Poetæ victrici lauro ad triumphum ornarunt tempora. Ante coronam, pugnaſſe, decertaſſe, atq; in Academijs conflixiſſe neceſſum eſt. Dedecent Philoſophos roſea ſerta: otio torpentibus ea concedantur. Κορασιώδεις, καὶ παιζούσαις μᾶλλον ἐπιτηδείοις, γυναιξὶν, ἢ συνουσίαις φιλοσόφων, καὶ μουσῶν ἀνδρῶν. *Corona florea puellares, colludentibus laſciuæ licentia virgunculis, ac mulieribus aptiores, quam philoſophia, ac Muſarum congreſſui.*

Muſarum certamina incruenta, ac prorsus Muſica, his fermè ſimilia, quæ in Odeo à Pericle conſtituta fiebant. Bellum ſapientum Harmonicũ. Pugnant impugnant Academici, non diſſonant; concordibus animis confligunt. Certamina hæc conſona lyris, citharis Muſis dicata.

Ad ſiniſtram Chalciœci(quod templū fuiſſe Pallados diximus)erectum Muſis videbatur ſacellū, quod non clāgentibus tubis progrediebantur in bella Lacedæmones, verùm Tibià, Lyrà, Citharà præcinentibus.

Hanc Harmonicā Sapientum Academicorū pugnam excitabat Muſarum princeps, ac Deus Apollo, cuius radio propenſiore ad altiſſimas ſpeculationes extimulantur. Eius viſebatur ſimulacrum in Delo cuius dextera arcum, ac aurea tela, læua Charites tres, atque inſtrumenta muſica ſubſtinebat. Arcus, atque Harmoniæ nexus Academicis bellatoribus debetur, Propenſis inuicem animis mentes prœlientur. Fœderibus mutuis eiaculentur viciſsim. Haud par eſt diſsonare cum intellectibus etiam volūtates; nec ſinè gratijs comitibus cernere, decertare præſumant.

## ACADEMICVM MVSÆVM.

## CAPVT IIX.

### Sylloge

*MVſæum locus Muſis dicatus. In Olympo Dianæ ſoſpitę ab Ardalo extructus. Muſæ Ardalides. Pitheus ibidem loci edoctus. Muſis, ac ſomno ſacrificabatur. Eius rei prophaſis. Muſæum à Muſæo uate. Muſæa caua ſaxa. Plinii locus enodatur. Muſæa Academi-*

*cis,*

*cis, muſicisq; contentionibus dicata. Non longè à Muſarum fonte. Muſæum Stagiritarum. Arborum prodigia. Vicus ac domus Pythagoræ Cereri dicata. Eius angiportus Muſęum. Alexandriæ urbis Regia. Tertia eiuſdem pars Muſęum. A Cæſaribus conſtitutum. Peripatos, atque Exedrę Muſæi. Cænaculum Philoſophantium. Sapientum acies Muſæum, ac cætus. Ægyptia menſa.*

LOcus Muſis dicatus Muſæum eſt, à quibus appellationem accepit. Stephanus apud Olympum in Macedonià fuiſſe tradit. Philoſtratus in Apollonij Vitâ templum fuiſſe ſcribit, vbi Muſæ colebantur, ac reſponſa reddebant. Pauſanias in Chorinthiacis de eo mentionem facit; atque non longè à templo Dianæ Soſpitæ abeſſe prodidit: Μουσῶν ἱερόν. Muſarum ſacrum templum ab Ardalo Vulcani Filio extructum; vndè Ardalides à poetis dictæ, Ενθαῦτα πίτθεα διδάξαι λόγων τέχνην φασί. *In eà cellà dicendi artem Pitheum docuiſſe fama eſt.* Ipſeque Pauſanias librum à Pitheo ſcriptum, ab Epidaurio editum legiſſe affirmat. Sequitur τοῦ Μουσείου δὲ πόῤῥω βωμός ἐστιν ἀρχαῖος ἐπὶ δ' αὐτῷ Μούσαις, καὶ ὕπνῳ θύουσι. *Seorsim ab hoc Muſæo ara eſt vetus. Ad eam aram Muſis, ac ſomno ſacra faciunt: nimirùm quia illis omnium Deorum maximè amicum ſomnum eſſe cenſent:*

Fuiſ-

Fuiſſe etiã Muſæum à Muſæo inſigni, ac celeberrimo Muſarum alumno; Pauſanias in Atticis adfirmat. Ἐστὶ δ' ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἀρχαίου τὸ μουσεῖον ἀντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν, καὶ ἀποθάνοντα γήρᾳ ταφῆναι λέγουσιν. *Eſt Muſæum Athenienſium, intrà pomeriũ vetus è regione arcis collocatũ, in quo Muſæum Vatem canere ſolitum, atque ibidem ſenectute cõſumptum, & humatum ferunt.*

Fortè idcircò caua ſaxa, atque ad imaginem ſpecus extructa, Muſæa appellantur; quia Muſarum domicilia antra eroſa ſunt, naturæ opificio erecta, quæ ſinè amuſſi, ac perpendiculò ope-
li.26 ratur. Plinium elucido. *Non prætermittenda*
c.21 *eſt*, ait, *Pumicum natura: Appellantur quidem ità & eroſa ſaxa in ædificiis, quę Muſęa vocant dependentia, ad imaginem ſpecus arte reddendam.* Iacobus Delecampius pulcrè. *Pumex, cauum, & late-*
lib.3. *broſum ſaxum pendens, antroſum non tantum rari la-*
c.3. *xi, & leuiſſimi lapides.* Quemadmodùm in Propertij Elegiâ:

12. *Pendebantque cauis Tympana pumicibus.*

Aen. Et Virgilius.

*Incluſas, vt cum latebroſo in pumice paſtor.*

Hinc deriuatũ; qđ loca litterarijs, ſeu Muſicis cõtentionibus ſacra, Muſęa appellẽtur. Romæ &
li.16. fons Muſarum, non longè ab eo Muſæũ, in quod
c.32. Poetæ ſua carmina deferre, ac recitare ſolebant.

Si-

rius tradit. De Stagiritarum Muſæo mentionem facit Plinius. Prodigia arborum repentè ſurgentiū memoriæ tradens. *Cimbricis bellis Nuceriç in luco Iunonis, Vlmo poſtquàm & cacumen amputatum erat, quoniam in aram ipſam procumbebat, reſtituta ſponte; ità ut protinùs floreret. Memoratur hoc idem factum in Philippis, ſalice prociduà, atq; dicatà; & Stagiris in Muſeo Populo albà, omnia fauſti ominis.*

Gymnaſia artium liberaliū, ac philoſophantium ſtudijs apta, ſelecta ad ſpeculationem, ac contemplationem domicilia Muſæa appellata. Suidas Μουσεῖον Μουσικὰ τερπνὰ, τὰ δι᾽ αὐλῶν, καὶ κιθάρας, καὶ τὰ ὅμοια. *Muſea dixeris iucundas inſtrumentorum oblectationes, ac ſymphonias, ſeu citharę, ſeu tibiæ, & ſimilia.*

Celebris Pythagorę uicus à Metapontinis sūmi honoris ergò illi dicatus, Muſęumq; appellatus. Prodidit Iāblich⁹ de vità Pythagoræ. *Metapōtini recēti adhùc memorià Pythagorā colentes eius etiā nū tē poribus.* Τὴν μὲν οἰκίαν αὐτοῦ Δήμητρος ἱερὸν τελέσαι τὸν δὲ στενωπὸν Μουσεῖον. *Domum quidem ipſius Cereris ſacrariū initiarunt. Angiportum; verò Muſęum.*

Alexander Muſæi, quod Regiæ Alexandriæ lib. 3.
pars erat, meminit. *Alexandria tres habuit Re* c. 17.
*gias, unam Lochian Promontorium: Alteram Timoniam appellauit Antonius. Muſęum quoque pars Regiarum erat.* Alexandrum denotat Strabo:

O Τῶν

Τῶν δὲ βασιλείων μέρος ἐστὶ, καὶ τὸ ἐν ᾧ Μουσεῖον ἔχων περίπατον, καὶ ἐξέδρας, καὶ οἶκον μέγαν. Εν ᾧ τὸ συσσίτιον τῶν μετεχόντων τοῦ Μουσείου φιλολόγων Ανδρῶν. Εστὶ δὲ τῇ συνόδῳ ταυτῇ, καὶ χρήματα κοινὰ, καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένος. τότε μὲν ὑπό τῶν Βασιλέων νῦν δ᾽ ὑπὸ Καίσαρος. *Pars etiam Regiarum erat Muſæum; quod Peripatum habet, & Exedras, & maximam domum, in quà cœnaculum eſt eorum, qui Muſei conſortes ſunt, ac litteris humanioribus ſtudioſi operã impendũt. Hoc collegiũ publicè pecunias habet, & Sacerdotem, qui Muſæo præeſt; olim à Regibus, nunc à Caſare conſtitutum.* En tibi Alexandrinum Lycæum, quod Muſæum vocant, in quo ſanctius initiati iuuenes, litteris humanioribus incumbebant. Eloquentiſſimorũ hominum conuentus, ſelectaſque Virum humaniorum acies, doctũ Muſæũ dicebãt Ægyptij.

Audi quæ de Alypio, & Iamblicho ſcripſit Eunapius. Accidit vt ſibi occurrerent circumſeſſi adeò ſpiſſo Theatro, & Auditorum cœtu, ὥστε εἰκάσαι μεγάλου μουσείου. *Ut ingentis Muſæi vicem repreſentaret.*

*lib. 1.* Philoſtratus adeſt de Vitis Sophiſtarũ in Dionyſio. Qui nedùm intèr equeſtris ordinis viros cenſeri voluit, ſed etiam τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ σιτουμένοις, *eorum qui in Muſæo alebantur.* Subdit mox:

Τὸ δὲ Μουσεῖον τράπεζα Αἰγυπτία συγκαλοῦσα τοὺς ἐν πάσῃ τῇ

γῆ ἐλλογίμους. *Muſæum autèm Aegyptia menſa erat, quæ ex omni terrarum orbe eloquentiſſimos quoſq; viros conuocabat.*

Academiam delectu Sapientum conſpicuam, Muſæum dixeris, Muſis ſacrum, atque dicatum; in quo & poetæ ſua reponunt carmina, & harmonicà contentione pugnant ingenia. In quo ſummà pace, atque concordià eloquentiæ Phyſiologiæ, arcanisq; ſcientijs operã nauant, qui de turbæ, ac vulgi rudis confinio caput attollunt.



Digitized by Google

# ACADEMIA

## SVPERIOR, SEV LYCÆVM.

## SYNTAGMA IV.

### Lycion, & Lycæum Quid.

### CAPVT I.

### Sylloge.

*LYcion Apollinis cognomentum Quare ? Apollinis Lupina effigies. Lupus Apollini dicatus. Apollo Lycobatian reſtituit. In Lycio claruit. Lycius dicitur quod à Sole omnia candeſiant. Deuorator humorum Apollo. Primæ lucis Genitor. Annum Lycobanta cur dixere? In Apolline, & Lupo Sol cultus à Thebaidos incolis. Plutarchus denoctatur. In Lycæo Monte corpora ſine umbris. Diluculum Lycauges, Amphilyce, & Lycophos. Aurora Lupinæ pelli ſimilis. Lux crepera & dubia. Inter Canem, & Lupum diſcernere non ſinit. Silua Lycia. à luce dubia.*

LYcion Apollinis cognomentum, monti apud Arcades pluribuſque Gymnaſijs commune. Ità dictum ἀπὸ τοῦ λύκου, à lupo. At quid Apollini cum Lupo ? Et quorsùm huic Deo Lupina effigies ſacra ? Atquì Lycion Agoràn ἀγορὰν in Argis dictum volunt, vbi Lupum vi-

dere

Digitized by Google

dere eſt, Apollini dicatum! Feſtus Pompeius *Lycium* Apollinem in *Lycio* claruiſſe, opinatur, ob luporum interfectionem. Fortaſſis hic Deus ſagittis, & arcu potens, *Lycobatiam*, infeſtiſſimis hiſce animalibus ad internecionem deletis, hominum habitationi reſtituit. *lib.* 10

At ego Macrobium interpello, qui huius cognomenti originem potiſſimà ratione commendat. Ipſe in primis auctor eſt Antipatrum Stoicum, Lycium *Apollinem* nuncupatum ſcribere ἀπὸ τοῦ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος Ἡλίου: *Quandò à Solis lumine vniuerſa candeſiant*. Refert itidem Cleanthis placitum, Apollinem ità appellari, quod veluti lupi pecora rapiunt, ſic ipſe quoque radijs eripiat humorem. Seu quod γεννῶντι τὴν λύκην, ortu ſuo primam lucem pariat. Radiorũ proluſiones, & lux pręambula Solẽ anteit, caliginẽq; paulatìm extenuans tenebrarũ, nouo candore dat Maturę nomen, Auroræq; pingit genas. Subditq;: Vetuſtiſſimos Græcorũ Annũ *Lycobanta* appellare ἀπὸ τοῦ λύκου, à Sole. *Lycon* etiã Solem vocari *Lycopolitana* Thebaydos ciuitas teſtimonio eſt, quæ pari religione Apollinem, itemque *Lupum* colit: in vtroque Solem venerans; quod hoc animal rapit, & conſumit omnia in modum Solis, ac plurimùm *lib.* 1. *Satur*

oculo-

oculorum acie cernens, noctis tenebras euincit. Hoc ſenſu Plutarchum elucido in quæſtionibus Grecanicis, qui Lycei montis apud Arcades mentionem faciens, mirabile ab illis creditum refert. Ait enim *Lycæum ingreſſos vmbram nullam, à ſe iacere.*

At quare Lyciæ Siluæ præſes Apollo, idem qui & permeſſi, ac Muſarum? Cauſſam dabo. Lucem ex Macrobio notaui, *Lycen* appellatam. Exindè eſt *Lycauges* diluculum, quod Homerus *Amphilycen*, dixit:

Ἠὼς ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ.

Quarè etiam *Lycophos* λυκόφως prò ſummo diluculo ponitur. Homeri Scholiaſtes Euſthatius ità dictam putat Aurorã, quod λυκῇ *Lupinæ pelli* ſimilis ſit, cineritij coloris, non nigra prorsùs, aut obſcura. Ea ipſa eſt quam Latini Creperam, ac dubiam dixere lucem. Nec inconcinnum ethymon eſt quod Henrico Stephano tribuitur. Quia tunc lux tenuiſſima inter Lupum, & Canem diſcernere non ſinit. Cum igitur Silua plurimis arboribus denſiſſimis cõſtipata, iter radijs obſtruat ſplendidioribus, atque inibi ſemper dubia lux, ac diluculo ſimillima inalbeſcat, apprimè diluculi Pater Apollo Siluæ Lycææ preſtes nuncupatur. Idemq; Numen Lycos, & Lycios lucis, & antelucano radio præſidet.

Aliud

# ALIVD LYCÆI ETHYMON Gymnaſij locus, & Deſcriptio.

## CAPVT II.

### Sylloge.

*LYcæum à Lycio Pandionis Filio. Apollo Lycius, Lycij Thermiſſenſes à Lycio. Item Lycæum à Lyco viro Athenienſe. Gymnaſium in Lycęo, & Palęſtra à Piſiſtrato ſiue à Pericle conſtructa. Seu etiam à Lycurgo, Lycophronis filio.. Pyraeo proxima. Fons extrà Diocharis portam, propè Lycæum. In loco ſalubriori, ac ſuperiori collocatum. Apollo in Lycęo cultus. Thebis Gymnaſium, aliud & Lycius Apollo. Ab Ariſtotele in Scholam erigitur. Ibi plures annos profitetur..*

PAuſanias in Atticis Lycæi nomen Lycio lib. 1
Pandionis Filio refert, à quo factum, vt
Apollo ibi cultus Lycij cognomento appella-
retur.. Eius verba reddo : *Lycæum à Lycio*
Πανδίονος: *Pandionis filio nomen habet:.. Apollinis*
*autem illud templum fuiſſe, & olim, & his etiam tem-*
*poribus creditum eſt. Lyciumque inde primum Apol-*
*linem dictum*. Idē Thermiſſenſes ad quos Aegæu
fugiens Lycius ſe recepit, ab eo *Lycios* appella-
ri memorat. Nec veritati abſonum cenſeo Ly-
cion, à Lyco Athenienſi viro præſtantiſſimo ap-

pel-

pellatum, cuius filius Traſybulus ibi ſepultus tra ditur ab eodem Pauſanià. *Inter ſepulcra primum obtinet locum Traſybuli Lyci filij, Viri Athenienſium omnium, qui antè ipſum fuere, quique ſunt eius ætatem conſecuti, omni laudum genere præſtantiſſimi.*

*lib. 1.* Gymnaſium atque ædes in *Lycæo*, ſiuè à Piſiſtrato, ſiuè à Pericle munificentiſſimè fuiſſe conſtructas, ſcribit Pontanus. A quo nam ipſe acceperit ſilet, ſuà auctoritate contentus. Illas ego à Lycurgo ædificatas, habeo ex Pauſanià in Atticis. *Lycurgus Lycophronis filius inter opera, quæ exædificauit Theatrum eſt, quod cum alij inchoatum reliquiſſent, ipſe abſoluit: ac dum Reip. præeſſet naualè in Pyræeo,* καὶ τὸ πρὸς τῷ λυκείῳ καλουμένῳ γυμνάσιον: *Et in eo loco quod Lycium dicitur, Gymnaſium erexit.* Teſtatur etiam Plutarchus in Lycurgo, καὶ τὸ ἐν λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε, καὶ ἐφύτευσε: καὶ τὴν παλαίστραν ᾠκοδόμησε. *In Lycæo Gymnaſium fecit, ac plantauit; Palæſtramque ædificauit.*

Propè Lyceum puriſſimos fontes, ac riuos ſuaui murmure decurrentes animaduertit Strabo. *Sunt igitur lucentes aquæ, potuique ſuauiſſimi fontes, vt aiunt, extrà portā quā Diocharis appellant, iuxtà Lyceum: antè eam copioſe, atque pulcherrimæ fons aquæ propè egregio conſtructus ornamento fuerat.* Lycæum propè Vrbem, & Academià ipsà propin-

pinquius, amœniſſimo, ac ſalubriori loco collocatum adnoto. Inibi Apollinem ſummâ veneratione cultum tradit Callimachus; apud Cælium. *Lycium porrò Athenis habebatur Gymnaſium,* li. 29
*vndè dictus Lycius Apollo inibi cultus.* Fuiſſe etiã c. 20
Thebis appellatione eadẽ Gymnaſiũ, & Apollinẽ Lyciũ in Oedipode Tyranno ſignificat Sophocles. Lycæũ poſteà ab Ariſtotele Platonis diſcipulo ſelectũ, inter ſapientiſſimas Athenienſiũ Scholas recenſetur à Plutarcho De Exulio, quod ob Magiſtri excellentiam proximam ab Academiâ dignitatem obtinuit.

## LYCÆI GYMNASII INITIA.

## CAPVT III.

### Sylloge.

*STagirita Platonis auditor, & alumnus in Academiâ Xenocratis cauſsâ ſcholam in Lycæum transfert. Diatribæ Philoſophorum inambulantium. Porticus inambulationibus aptæ. Gymnaſium, & Peripatos prò eodem. Peripatus etiam ipſa inambulatio dicta. Henrico Stephano Ambulatoria Diſputatio. Peripatos duplex Matutina Acroamaticis, & Pomeridiana Exotericis diſputationibus ſelecta. Noctes Atticæ, atque Matutinæ Romanorum. Philoſophi inambulantes Planoperipatetici.*

PLatonis alumnus Ariſtoteles, eius dogma-
tum ſectator, in Academiâ Præceptoris do-
ctrinam pluribus annis profeſſus fuit. Quintâ ęta-
te anno 3588. à Mundo creato Auditorem Pla-
tonis Ariſtotelem in Academiâ fuiſſe, retulit Be
da in Sex Vniuerſi conditi ætatibus. Fortaſſis ēt
ipſo in loco in poſterùm profeſſus fuiſſet, niſi Xe
nocratem inibi præfectum vidiſſet. *Quà de re ma
ximè permotus;* ait Laertius ὑπ' ἄλλῳ, τὴν χρόνῳ εἵλετο
lb. 1. περίπατον τὸν ἐν Λυκείῳ, καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπ-
τοντα τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν· ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγο-
ρευθῆναι. *In Lycæo Peripaton elegit, & illic uſquè ad
vnctionem, deambulando cum diſcipulis vnà philoſo-
phari conſueuit, atque indè Peripateticum fuiſſe appel-
latū.* Treſdecim annos, teſte eodem, in traden
dâ ſuâ doctrinâ ſummâ cum laude conſumpſit.
Halicarnaſſeus Ariſtotelem in Lycæo Scholâ,
ἐτῶν δώδεκα ἐσχόλαζεν, *Duodecim annos docuiſſe*, tradit.
lib. 3. Clemens Alexandrinus. *Apud Platonem Ariſto-*
Stro- *teles philoſophatus, cum tranſiſſet in Lycæum Hære-*
ma. *ſim creat Peripateticam. Ei ſucceſſit Theophraſtus,
Cui Straton; cui Lycon. Deindè Critolaus, deindè
Diodorus.* Relictâ igitur Academiâ in Lycæo
Peripatum inſtituit; omnes enim diſciplinas di-
ſcipulis ſuis inambulans tradere ſolitus fuit. Iam
nunc de Peripateticorum Principe aliqua diſſe-
rere operæ pretiū exiſtimo, deque Peripateticis.

En.

En tibi Fabium primo loco. *Pomeridianis Scholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit. Solitos autem fuiſſe, & cæteros Philoſophos diſputare in ſuis deambulationibus*. Περιπάτους, deambulationes irridet Baton Comicus, qui Peripatos cum Diatribis, vt notat Henricus Stephanus, confundit: itemque Sholiaſtes Ariſtophanis in Ranis. Plato in Phædro κατὰ τὰς ὁδοὺς περιπάτους ποιοῦμαι. *In vijs inambulationes ago*. Et *X*enophon πρῶι γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους, καὶ γυμνάσια ᾔει. Vide ſis Gymnaſium, ac Peripaton inſimul à *X*enophonte vſurpari. lib. 1. c. 1.

Meminit etiam Plutarchus in Sympoſio *P*hauorini Philoſophi, qui ſępè ſæpius in Lycęi *P*eripato, cum Ariſtotele ſuauiſſimè colloquijs vitam traducebat. Ἀριστοτέλους ἐραστὴς ἐστι, καὶ τῷ περιπάτῳ νέμει μερίδα τοῦ Πυθανοῦ πλείστην. *Phauorinus Ariſtotelis familiaris eſt, atque in Peripato longiſſimum tempus confabulationibus impertitur*. Peripatus *Phi*loſophorum ſimplicem, ac nudam deambulationem minimè ſonat, vti vſurpauit *X*enophon in Sympoſio: ἐξανίστατο εἰς περίπατον *ſurgebat ad deambulandum*, à περιπατέω *deambulo*: ſed *Phi*loſophicam diſceptationem, & diſputantium congreſſus, qui ἐν τῷ περιπατεῖν *inter deambulandum*, fieri conſueuere: quam disertè Henricus Stephanus Diſputationem ambulatoriam vocat.

Duplex proditur Ariſtotelis *P*eripatos, ac de-

ambulatio. Ἑωθινὴ Matutina, atque Δειλινὴ Veſpertina, ſeu Pomeridiana, vtroque enim tempore ambulans diſſerebat. Matutinæ auditiones nō ſinè delectu, atque diſcipulorum experimento habebantur. *Hæc* ſolummodo apud illū in pretio erant. Veſpertinæ vero ſecus. Audi Gelliū concinnè. *Huic diſciplinæ quam dixi Acroamaticen, tempus exercendæ dabat in Lycæo matutinum; nec ad eam quemque temerè admittebat, niſi quorum antè ingenium, & eruditionis elementa, atque in diſcendo ſtudium, laboremque exploraſſet. Illas verò Exoterecas eodem in loco Veſperi faciebat; eaſque Vulgo iuuenibus ſinè delectu dabat.*

li. 21 c. 4.

Dialog. 2.

Lirius Gyraldus de Poeticà Hiſtórià: Hæc duo ſtata cōtēplationi ſcientiarū tēpora apud Romanos adnotat, vt in Lycæo. Eius verba reddo: *Porrò* Ἠοῖαι *quidē apud Romanos, vti Grammatici obſeruant, prima diei hora dicuntur, & matutinū tempus ad nonam, vel decimam vſquè horam, vt ijs ſignare poſſimus (ſi modo ſit coniecturæ locus) lucubrationes, quæ matutino tempore fiunt; illi Veſpere, alteri Noctes Atticæ; quales propemodùm fuiſſe Ariſtotelicas deambulationes, dū diſcipulos doceret legimus: hanc enim, hoc eſt matutinam,* ἑωθινοὺς περιπάτους *(matutinas ambulationes) illam quæ Veſperi fiat* δειλινὸν περίπατον *Peripaton veſpertinam appellabat.*

Plautus in Menæchmos *Planoperipateticos*

appellat velut in contemptum quemadmodùm explicat Ianus Guilielmus πλανοπεριπατοῦντες. *Nouà compoſitione verbi, inconſtantiam differendi, & erraticam ambulationem Ariſtotelicorum excogitauit.*

At ego meritæ laudis virum, Peripateticum dici autumo. Quo fermè cognomento Eunapius Longinum extulit; cũ Ἔμψυχον βιβλιοθήκην, καὶ περιπατοῦν Μουσεῖον. *Spirantem Bibliothecam, peripateticumq; Muſæum* appellauit.

## DE PERIPATO INVMBRATA.

## CAPVT IV.

# Sylloge.

*AMpla Lycæi ſpatia. Diatribæ Ambulacra. Regis porticus. Diatribæ quid? Xyſti & Xyſta. Hybernæ porticus tectæ. Subdiales Dromi Curricula. Xyſti opere cælato, ac polito. Aethuſa quid? Nominis ratio. Ambulacra Cupreſſis, atque arborum ordinibus diſpoſitis. Eorum deſcriptio. Lycæi ſimulacrum. Conſtruendi modus. Platanetis diſtincta ambulacra. Porticus Peripateticorum ſinè ſubſellijs. Illuſtriſſimi D. Petri Corſetto Lycæum. Deambulatio philoſophantes iuuat.*

AMpla ſatis fuiſſe Lycæi ſpatia, inq; patulam aperta planitiem, æquà tellure patentia, amæniſſimoſque illius tractus ad amuſſim, & perpendiculum pomærijs diſtinctos; qui colludentibus auris ſcenam facerent, & delitiantibus Luſcinijs ad ſpectaculum caueam darent; ex Platonis Euthyphrone facilè colligo, ità Socratem adloquente. Τί νεώτερον ὦ Σώκρατες γέγονεν ὅτι σὺ τὰς ἐν λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς, ἐνθάδε νῦν διατρίβεις περὶ τὴν βασιλέως στοάν; Serrani verſionem adduco: *Quidnàm hoc noui eſt Socrates? Relictis Lycæi ſpatijs in hac Regis porticu verſaris nunc?* Diatribæ nomine haud certè Philoſophorum congreſſum, neque confabulationis, ſed auditorij locum intelligo, illorum inambulationibus facilem, atque explanatum. Aut porticum amplam in quà Peripateticorum cætus inambulantes diſſerebant: Progymnaſticis Athletarum ludis, & mox philoſophantium certaminibus deſtinatam.

Inibi nedum Xyſtos, & tectas porticus, ſeu ſolaria hybernis æſtiuiſque exercitamentis aptiſsima vbi Solis ardores, imbreſue declinare poſsent Sapientes, ſed etiam ſubdialia ambulacra fuiſſe, quæ Iulius Pollux δρόμους appellat *Curricula*, certo certius puto. ξύστου nomen à verbo ξέω deriuatum accipio, quod & *Scalpere*, & *Polire* ſigni-

gnificat. Locus ſiquidèm ille opere cælato ter-ſus, ac penè abraſus videbatur: Subdiales verò porticus, quas etiam *Æthuſas* dixere, ἐκ λίθ ἐξεσμένων, ex lapidibus politis affabrè cōſtructæ, vt ait Euſthatius in Hom. *Æthuſas* non porticus quaſcumque arbitrare, ſed ſub Ioue aperto, & Soli peruias, aeremque liberè excipientes: dictas porrò quaſi Αἰθομένας ὑπὸ τοῦ Ἡλίου, καὶ καταλαμπομένας. *Quia à Sole illuminentur & candefiant.* Seu διὰ τὸ αἴθεσθαι ἐν αὐταῖς τοῦ χειμῶνος, *quod Hyeme in iis Solis calore confortentur.* Seu διὰ τὴν τοῦ Ἡλίου βολὴν ἢ *Solaris lampadis radio, quo iugiter percuſſa ſplendeſcunt.*

Addita etiam in hortis philoſophorum ambulacra, Myrtetis Roſetis, atque Cupreſſorum ordinibus ad vmbram capeſſendam hinc indè conſtipata; eà fermè ſpecie diſtincta, quam Euſthatius de Iſmenes & Iſmenias amoribus eleganter deſcripſit. *lib. 1.* Αἱ κυπάριττοι στοιχηδὸν, αἱ μυῤῥίναι κατὰ στίχην συμπεφεῖ, αἱ ἄμπελοι βοτρυχοῦνται. *Hinc cupreſſorum ordines, & myrti, quarum rami, atque frondes mutuo complexu ità ſe nectant, vt vſum tecti præstarent. Hinc & racemis crinita vites.* Sequitur.

Δάφνη γὰρ καὶ μυῤῥίνη, καὶ κυπάριττος, καὶ ἄμπελος, καὶ τὰ ἄλλα τῶν φυτῶν ὅσα τὸν κῆπον ἐκόσμει, ἐφαπλοῦσι τοὺς κλάδους ὡς χεῖρας, καὶ ὥσπερ χορὸν συστησάμενα κατοροφοῦσι τὸν κῆπον.

Lau-

*Lauri myrti, roſę, cupreſſi, vites, præter maximam plantarum diuerſitatem, ramis veluti manibus expanſis, & tamquam choro inſtituto, hortum floridâ concameratione tegunt.* Et mox: Μυῤῥῖναι πάντοθεν περιεσχηκότων εὐφυῶν ἀνατεταμέναι πρὸς ἀλλήλας συνδεδεμέναι, καὶ πρὸς ὄροφον ἀπευθυνόμεναι. *Myrti copioſa, connexaque & in tectum directa illos operiunt; & tantùm Solis radios admittunt, quantùm leniter flans Zephirus contextas frondes concutiendo dimouet.*

Hæc omnia conſpicatu digna in Lycæo fuiſſe ad commodum, atque ad delitias Academicorum haud vereor. Lycæi imaginem delineauit Vitruuius, vbi de faciundis Xyſtisità fabros inſtruit, & Architectos. *Sint inter duas porticus Siluę, & Platanones* (Platanorum Vid. ordines) *& in his perficiantur inter arbores deambulationes, ibique ex opere Signino* (fractis ſcilicet teſtis, & additâ calce) *ſtationes. Propè autem Xyſtum, & duplicem porticum, deſignentur Hypathræ ambulationes, quas Græci Peridromidas, & Paradromidas, noſtri Xyſta appellant; in quas per Hyemem, & Xyſto ſereno cælo Athletæ prodeuntes exercentur.* Subdit: *Conſtituantur in tribus porticibus Exedræ ſpatioſa habentes ſedes, in quibus Philoſophi Rhetoreſque, & qui ſtudijs delectantur ſedentes diſputare poſſint.* Habes Lycæi præ oculis ſimulacrum. At non Exedras, ſed porticus amplas, abſque ſubſellijs

lib. 5. c. 11.

lijs

lijs ibi lubet opinari, quia philoſophi non adſidentes, ſed inambulantes, Philoſophiæ operam dabant.

Lycæum ſuum adſtruxit Illuſtriſſimus D. Petrus Corſetto in hoc Siciliæ Regno à Conſilijs Catholici Hiſpaniarum Regis, eiuſque Patrimonij, & ſummorum Tribunalium Præſes, iam nũc Epiſcopus Cephaledenſis electus. Panhormitanæ Academiæ, quam Reaccenſorum appellant, Hermes, ac Rector. Vir in primis omni eruditione conſpicuus; cui Muſæ omnes plurimùm debent. Is Platonis, ac Stagiritæ ſectator, locum quoque æmulatus, Muſæum diſpoſuit erexit. Fontes limpidiſſimos Heliconiadibus aperuit. Ambulacra cupreſſis, buxo, mortis ad uarietatẽ diſtinxit, atque inumbrauit. Emblematibus Hieroglyphicis Iconibus exaratis, depictiſq; exornauit. Inibi ad Palladis comitia ſæpius accurrit: atque ex ijs, quæ in vrbe negotium faceſſunt ſe ſubripiens, in huius amæniſſimi ſuburbij otijs Muſas ſibi ſæpè ſæpiùs conciliat.

Ad Peripateticos redeo. Profectò peculiaris inſtituti ſapientes dicti ſunt; qui ambulando Philoſophiæ vacabant. Singulare eorum cognomentum eſt, & cauſſa. In eam ipſe ſententiam feror, ambulando Sapientes efficacius philoſophari, quam ſedendo. Deambulatio ſpiritus

vegetiores reddit, quos otioſa quies craſſos facit, ac depreſſos tenet. Motu corporis ipſa rerũ ſimulacra ad Phantaſiã puriora compelluntur, excutiunt agitata membra torporẽ, atq; oculos ad ſomnũ decliues ad vigiliã extimulant. Exporrecto corpore mens quoq; experrecta vehemẽtius ſpeculatur. Sedendo magis abſumitur natiuus vigor, in pigrum corpus Fuligo ſubrepit, virtutemq; paulatim infumat. Improperati ſenſus è deſidis intelligentià coguntur potius, quam enaſcuntur. Deambulationes nedùm ad exercitia plurimùm cõferre exiſtimatę ſunt, quinetiã inter delicias recenſitæ. Ex Æliani Theſauris depromo. Cum etenim Ephoris Lacedęmoniorum nunciatũ eſſet, eos, qui Deceliam occupauerant περίπατῳ χρῆσθαι δειλινῷ Pomeridianis deambulationibus vti Mandatum eis dedere Μὴ περιπατεῖτε. ὡς τρυφῶντων αὐτῶν μᾶλλον, ἢ τὸ σῶμα ἐκπονούντων.

lib. 2. c. 5. *Nè deambuletis: quaſi delitijs vacarent potiùs, quam corpus exercerent.* Eſto Milites dedeceant inambulationes, & otia quibus datum eſt confligere, exerceri pugnã, pugilatu, pugnis, at non ſtudioſos contemplationi deditos.

lib. 2. c. 5.

ACA-

# ACADEMIA

## TVMVLTVOSA.

# SYNTAGMA V.

Academicorum Hæreſes,atq; Academia-rum ſectæ.

## CAPVT I.

## Sylloge.

*PRiſcorum ſapientia rudis,incerta. Philoſophi Errones. Academiȩ unius ſectȩ innumeræ. Veritas quæſita, at non reperta. Eam inueniri non poſſe arbitrabantur. Secta,et Hęreſis quid? Academici illuſi. Pyrrhonij dubij. Quatuor Academiæ enumerantur à Clario. Totidem à Galeno. Quinque, ſeu Nouem à Mirandulano. Decem à Laertio. Complures recenſentur. Tres omnium celebriores Vetus, Noua, Media.*

RVdis illa priſcorum ſapientia,informis, ſubdola, inconſtans, ac pretij nullius inquietà ſemper vertigine huc illucque Philoſophos errantes appellabat. Nullæ Theſeis in dubiæ, axiomata nulla certa, ac firma erant; errabat vorticibus rapta mens, & vndoſo

opinionum pelago fluctuabat: rerum veritatem ſpecillo eminùs contuebatur. Centum Gymnaſia Academiæ centum inſtabundæ incerto ferebantur pede. Hinc Academiæ vnius, ſectæ innumeræ ortum habuere, fallaceſq; omnes: de quibus Sidonius Apollin. Epithal. Polem.

*Obuiet & quamquam totis Academia ſectis.*

*In c. 1. Eccleſ.* *Lege*, declamat Hieronymus, *lege Platonem, Ariſtotelis reuolue verſutias, Zenonem, et Carneadem curioſius diligentius intuere, & probabis verum eſſe qđ dicitur, labor ſtultorum affliget eos. Veritatem illi quidem omni ſtudio quæſierunt, ſed quia non habuerunt ducem, & præuium itineris; humanis ſenſibus rati ſunt comprehendere poſſe ſapientiam.*

Audi Photium in Myriobiblo de Pyrrhon:

Ἀκαδημαϊκοὶ δογματικοί τε εἰσὶ, καὶ τὰ μὲν τίθενται ἀδισάκτως τὰ δ' αἴρουσιν ἀναφιβόλως: Οἱ δ' ὑπὸ Πύῤῥωνος ἀπορητικοί τε εἰσὶ, καὶ παντὸς ἀπολελυμένοι δόγματος. *Academici dogmata conſtituunt, alia certa; & indubitata ponunt, alia rurſùs ſine dubitatione tollunt. Pyrrhonij autem dubij hærent, ab omni dogmate liberi, ac ſoluti.*

Sectam definit Laertius in proemio Αἵρεσιν δὲ λέγομεν τὴν λόγῳ τινὶ κατὰ τὸ φαινόμενον ἀκολουθοῦσαν, ἢ δοκοῦσαν ἀκολουθεῖν καθ' ὃ εὐλόγως ἂν αἵρεσιν τὴν σκεπτικὴν καλοῦμεν. *Eam denique ſectam Hereſim dici aiunt, quæ rationem aliquam iuxtà id quod apparet, & in promptu eſt ſequitur, aut ſequi videtur. Iuxtà quod & Scepticen non incongruè ſectam nominamus.*

ap-

Apprimè quidem Academici quærere verum dicti ſunt, ac dubio flexuoſoque itinere errones. Ità ludit Cruquius Meſſenius in Horat. *Iucundè*, ait, *in ſiluà quærere verum eos dicit, qui ità quærunt vt negent inueniri poſſe*. Sed de his quos Nouos appellant Academicos, plura inferius.

Academicorum ſectas ſex fuiſſe tradit Ficinus in Theologià Platonicà. *Turba Platonicorum interpretum in ſex Academias ſe diuiſit. Quarum tres Atticæ fuerunt, reliquæ peregrinæ. Atticarùm vetus ſub Xenocrate floruit, Media ſub Archeſilà, ſub Carneade Noua. Peregrinorum Ægyptia ſub Ammonio, Romana ſub Plotino, ſub Proculo Lycia.* lib. 15.

Clarius Academias quatuor, ſcribit, antiquiores, in hoc diſcrepaſſe inter ſe cõgruentes, qđ ſcripta Platonis omninò poetica eſſe arbitrabatur. Carneades Platonē putauiſſe, & tractauiſſe omnia opinabatur. Scepticorum more velut ambigua, nequa vllum in rebus habuiſſe defectum. Archeſilas certum nihil habuiſſe Platonem: veriſimile tàmen aliquid, & probabile. Xenocratès ſimul, atque Ammonius, aliqua etiam vera certaque adfirmauiſſe. li. 15. c. 4.

Tumultuarias Academicorum opiniones fuſè recenſet litteratorum Anteſignanus de vanitate doctrinæ Gentium. *Adſerebat Democritus Atomos eſſe, & vacuum, à quibus aſſenſum Pyr-* c. 4.

rho.

*rhonij cohibebant, & contrà Democritum dicebant; & prò Democrito. Scepticam verò ſectam, nonnulli Pyrrhonium Æneſidemum ſecuti, viam eſſe putabant ad Heraclitaam: quandò ſenſiſſet Heraclitus eidem ſubiecto ineſſe contraria. Cyrenaicos alij volebant ſcepticis adſcribi, quandò ipſi naturales dumtaxat adfectiones comprehendi putarent. Reſiſtunt Ephectici, voluptatem carnis, & mollitiem, quam finem cenſebant Cyrenæi, reijciendo: & amplexando quam ipſi vocant* Αταραξίαν, *Imperturbationem ſcilicet, ad quã ſuſpenſione iudicij deueniri putabant.* Mox addit: *Marcus Varro apud Cic. in primo Academico voluit Platonem nihil adfirmare: contrà verò magna Platonicorum turba; inter quos etiam Apuleius, & Alcinous, quorum vterque dogmata collegit explicuitq; Platonica. Et hæc quidem antiqui variarum ſectarum Philoſophi, ipſique etiam Platonici ſentiebãt in vniuerſum, præter Academiarum diſſenſiones.*

Quinque tantum Hæreſes ſtatuere videtur idem Mirandulæ Princeps, Primam veterem; Secundam Archeſilai mediam; Tertiam nouam. Quartam Academiæ cultorum Philoni hærentum, qui cenſebant captari à Phantaſià res, capi non poſſe: in ſeipſis verò res eſſe captabiles. Antiochus, quintam ex Porticu Academiam ædificauit, in eamque, vt eſt author Numenius, aliena dogmata inuexit, at-

que

que aiebat, ſe ſe in Academiæ ſpacijs Stoica philoſophari.

Quatuor enumerauit Galenus de Philoſophicâ Hiſtoriâ, Dogmaticam adfirmantem, Scepticam dubitantẽ, Litigioſam contentioſamue, & Mixtam. *lib. 1.*

Picus de examine Doctrinæ Gentium Nouẽ Platonicorum ſectas comperiſſe affirmat; ex ijs, quæ legendo obſeruauit, omneſque ab eadem villâ nomen ſortitas. Eas hoc ordine recenſet. Prima è Platonis auditorum. Secunda ſub Arceſilao floruit. Tertia noua ſub Carneade. Quarta ſub Philone, & Charmida. Quinta ſub Antiocho. Sexta Ægyptia, cuius inſtitutor Ammonius. Romana ſiuè Itala huic proxima, Plotini auctoritate ſuffulta. Lycia Procli auſpicijs initiũ ſumpſit. Poſtremã addit eã, quã Iamblichus exornauit. Laertius in proemio Ethicam in ſectas decem fuiſſe ſciſſam tradidit: ſcilicet Academicam. Cyrenaicã, Eliacã, Megaricam, Cynicã, Eretricam, Dialecticam, Peripateticam, Stoicam, Epicuream. Hippobotus Cynicæ, Eliacæ, Dialecticæ nullam mentionem facit. Ea verò quæ Pyrrhonia dicitur propter obſcuritatem à plurimis repudiatur. *lib. 1. c. 2.*

Diuiſa etiàm fuit Academia, vt refert Iſidorus in Sophiſtas Philoſophos, Ethicos, Logicos, & Phyſicos. *lib. 8. Orig. c. 6.*

plu-

Digitized by Google

Plures ego diſtinctius colligo, atque ordine partior. Academia vetus à Platone inſtituta, in quà Xenocrates etiam profeſſus eſt. Noua à Lacydè. Cui Carneades, Clytomachus, Euander Egeſius acceſſere. Seù ab Arceſilà. Carneadem auté inter Cynicos Eunapius enumerat in proemio cũ Muſonio Menippo, & Demetrio. Media ab Arceſilao, ſeu Archeſilà Polemonis auditore. Cyrenaica ab Ariſtippo Cyrenæo. Eliaca à Phædone Elienſe. Eleatica à Xenophane. Megarica ab Euclide Megarenſe, ſeu à Zenophonte. Cynica, ab Antiſthene Athenienſe à vitæ ſpecie ità dicta, atq; à temeritate, & libertate oblatrandi. Eretrica à Menedemo Eretrienſe, & à Zenone Parmenide, & Xenophane Dialectica à Clitomacho Chalcedonio. Peripatetica ab Ariſtotele Stagirità, ab exercitio περιπατοῦντων. Stoica à Zenone Cittico à Porticu dicta. Epicuræa ab Epicuro Athenienſe, à voluptate ſortita nomen. Socratica morum contemplatrix à Socrate. Lythagoræa Lythagoræ ſectatorũ, & Lythagoriſtarum.

At ego Academicorum gregem, vanaſque cateruas prętermitto; annuiſſe ſat eſt. Vt tres ſolummodò principes, trium celebriorum Veteris Nouæ Mediæ exercitia innoteſcant, danda mihi opera eſt. Appoſitè Lucianus Academico-

rum

Digitized by Google

rum irridet contentiones,atq; litigia,cum Mercurium ità differentẽ cum Iuſtitià introducit.

Νυ̃ν ἡ Σοφία, καὶ Ἀκαδημία, καὶ Στοὰ κατέχουσι πάντα, καὶ πανταχου̃ σε ζητου̃σι,καὶ περί σου διαλέγονται κεχηνότες. Nũc aũt Sapientia,& Academia,& Stoa tenent oĩa,& vbiq;de te diſputãt,& te iuſtitiã quærunt hiantes. At infelices ità quærebant, quã nuſquam fallaci iudicio inuenire ſuis viribus poterant.

## DE ACADEMIA VETERI.

## CAPVT II.

### Sylloge.

*PLatonis,& Stagiritæ Academia uetus. Doctiſſimorum Arx. A Platone erecta. Eius profeſſorum ſeries. Academici ueteres,cum Peripateticis confunduntur. Philoſophi ueteribus Academicis addicti. Academia uetus defæcatior. Eius dogmata puriora. Certa & indubia conſtituunt. Brutus eiuſdem ſectator,ac patronus. Lucullus ueteris Aſſecla. Antiochum Aſcalonitem Philoni ohponit. Maximæ exſtimationis erat antiquitus.*

PLatoni, eiuſque diſcipulo Stagiritæ Academiam veterem, antiquitatis iure, atque dignitatis pollentem, dicauere ſanæ fidei aucto-

res. Cuius etiam *P*rincipes fuere Speuſippus, Xe-
nocrates, *P*olemon, Crantor, & Crates: de quà
lib. 5. de fi. n. b. Eloquentiæ modiperator tradidit Oratores, &
Imperatores, ac rerum publicarum Principes
extitiſſe. Mathematicos etiam *P*oetas, Muſicos,
Medicos denique ex hàc, tamquàm ex omnium
artium officinà profectos.

lib. 1. Clemens Alex. *Polemonis Auditores fuere Cra-
tes, & Crantor, in quos deſiit vetus Academia.*
*L*aertius in proemio καὶ Πλάτων ἀρχαίαν Ἀκαδημίαν
συστησάμενος. *Sed & Plato veterem Academiam ere-
xit.* Seriem veteris Academiæ profeſſorum,
recenſet Laertius in proemio. *Platoni ſucceſ-
ſit Speuſippus, Speuſippo Xenocrates, ei Polemon,
Polemoni Crantor, & Crates. Cui Arceſilaus, qui
mediam inuexit. Ei Lacydes, qui nouum Acade-
miam inuenit. Lacydi ſucceſſit Carneades, eique Cli-
tomachus, & in Clitomachum deſiit.*

in 1. Cic. à leg. Peripateticos cum Academicis confundit
Turnebus, eoſdemque vnà vnius antiquioris
Gymnaſij profeſſores appellat; & à nouis,
Et c. 5. de fin. b. Et 1. de legib. atque Stoicis ſegregat. *Vndè*, ait, *Veteres Phi-
loſophos intellige Academicos, veteres etiam Pe-
ripateticos, Eoſdem Academicos, & Peripateti-
cos nominamus. Illi qui Platonis inſtituto in Aca-
demià, quæ eſt aliud Gymnaſium cætus erant, &
ſermones habere ſoliti, è loci vocabulo nomen habue-
runt.*

*runt*. Et mox : *Quæ quidem Academia erat duobus nominibus vna. Nihil enim inter* Peripateticos, *& illam veterem Academiam differebat*. Itidem: *Academici, & Peripatetici rebus congruentes, nominibus differebant*. Quinetiam Philo apud ipſummet Tullium, duas veteres Academias negat: errorémq; eorũ,qui ità putarunt coarguit. *primò QQ. Academicarũ. ĩ hor.* Hoc ipſum clarius reddit in libro de Officijs Peripateticos Platonicos appellans; ſicuti & Socraticos Academicos, nec multùm inter ſe diſſidentes. Hoc ex neotericis etiam ratus Dionyſius *L*ambinus *Vetus Academia,cuius Princeps Plato, nàm inter veteres Academicos, & Peripateticos nihil intereſt*. Platoni atque Ariſtoteli acceſſerunt Plotinus Iamblichus, & Proclus, qui veteri, primæque Academiæ hæſiſſe magis videntur Mirandulæ, ac *L*itterarum Principi,de vanitate doctrinæ Gentium. *c.4.* Licet Plotinus ſermonis obliquitate, & ambiguitate fretus remotioribus myſteriis videatur addictus.

Hæc puriores doctrinarum latices ſubmittebat: hæc præ cæteris omnibus defæcatior,atq; nitidior habebatur. Demoſthenes prò eà ſuaſit. Ἀντιδίχου παιδείαν, καὶ ταύτην ἀπὸ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς. *Amplectere eam diſciplinam, quæ in* Platonis *traditur Academià*. Hanc M. ille Brutus, referente

ferente Plutarcho in eius vitâ, ſummoperè amplexatus, acriter etiam atque enixè defendit. Et quamuis ſtudioſi animi gratiâ à nullâ Græcorum Philoſophorum ſectâ, vel ſemel audiendâ peregrinus alienuſue fuerit, præcipuè tamèn Platonicæ addictiſſimus fuit. Καὶ τὴν νέαν, καὶ μέσην λεγομένην Ἀκαδημίαν οὐ πάνυ προσιέμενος ἐξήρτητο τῆς παλαιᾶς. *Et nouâ ac mediâ quam vocant Academiâ parùm probatâ, veterem in ſectatus eſt. Antiochũ, & Ariſtonem fratrem ſequutus.* Antiquæ cohortis aſſecla fuit Lucullus, teſte eodem Plutarcho, qui ab ineunte ætate, ac teneris vnguiculis Philologiam flagrantiſſimè dilexit. Καὶ Ἔρωτα, καὶ ζῆλον ἔχων τῆς Ἀκαδημίας, Οὐ τῆς νέας λεγομένης, καίπερ ἀνθούσης τότε τοῖς Καρνεάδου λόγοις διὰ Φίλωνος, ἀλλὰ τῆς παλαιᾶς. *Is Academiæ Zelator extitit; non quidem illius, quæ noua appellatur, quamuis tunc temporis Carneadis floreret eloquijs per Philonem; ſed Antiquæ.* Lucullus poſtmodùm omni arte, atque ſtudio amiciſſimum ſibi, atque conuictorem comparauit Antiochum Aſcalonitem quẽ Philonis opponeret auditoribus, ac veteris dogmata à conflictu diſceptantium tueretur. Ecquid precor Platonis, atque Ariſtotelis Hypotheſibus inueniri poteſt dilucidius? Quam ſcitè, quam apprimè rerum naturas definiunt, partiuntur, componunt? Quâ certitudine, atq; perſpicuitate penitùs agnoſcunt,

ſcunt, & apparatè exhibent? Academici veteres ſi Photio credis in Myriobiblo; ex Æneſidemi, de Pyrrhonijs libello *Dogmata* τίθενται ἀδιστάκτως *certa atque indubitata conſtituunt: atque bonum ſecundùm naturam contra Zenonis placitum, qui honeſtum ſolummodò adſerebat, decreuere.* Quod innuere videtur Tullius. *Sed ego,* ait, *planè me vellem arbitrum inter antiquam Academiam, & Zenonem datum, quia de re vnà diſſident, de cæteris mirificè congruunt.* Quantę fuerit exiſtimationis tunc temporis Platonis doctrina teſtatur Eminentiſſimus Cardinalis Baronius, Eccleſiaſticæ lumen Hiſtoriæ, dum geſta memorat Auguſtini. *Qui,* inquit, *cum à Manichæis laudabiliter defeciſſet, Platonicis ſe dogmatibus, totum addixit, coluitq; ſummoperè Academicos. Vigebant tunc temporis, & magnæ exiſtimationis erant apud plurimos gentiles Philoſophi, præſertim verò academici; qui quaſi ſoli eſſent, qui vniuerſum mundum ueritatis luce perfunderent, quidquid apud alios reperiri poſſet conſentaneum veritati, id à ſuâ ipſorum Philoſophiâ acceptum eſſe inani iactantiâ gloriari ſolerent. Et eòuſque progreſſa eſt illorum temeritas, vt palàm effutirent, à Platone Chriſtianos accepiſſe de fide ſententias, quas Euangeliſta Iohannes ſuæ narrationis exordio præ foribus expoſuiſſet prò miraculo omnibus contemplandas.*

*lib. 1. de legib.*

*tom. 4 ann. 384. fol. 369.*

DE

# DE NOVA ACADEMIA.

## CAPVT III.

### Sylloge.

*NOua Academia auctor incertus. Quis cenſetur. Caico fluuio proxima. Mendum in Pomponio Melà abſtergitur. Arceſilai patria Pitane haud Pitate. Academia noua contentioſa. Rerum negat comprehenſionem. A ueteri maximè diſſentitur. Acatalipſia incomprehenſibilitas. Epoche, adſenſus retentio nouę Academia tribuitur. Epoche Echeneis Erronumque ſtatus motus omnes inhibens. Ad utrumque diſſerendum parati Academici. Nugatrix Academia. Meritò irridetur.*

QVis fuerit primus Nouæ Academiæ auctor, ità incertum eſt, ſicuti incertiſſima apud eos rerum opinio. Quidam Lacydem arbitrantur, vt Laertius. Plutarc. in Lucullo eam ſub Carneade floruiſſe adfirmat. Ioannes Oliuarius Arceſilam conſtituit eius Principem: Mirandulæ Comes Clitomachum. Origines Ecphantum. Alij Zenophanem. Eſto: Parùm refert. Pomponiùs Mela de ſitu orbis

Cai-

Caico præter fluenti proximam ponit. *Caicus*, ait, *inter Eleam decurrit, & Pitaten illam, quæ Arceſilam tulit, nihil adfirmãtis Academiæ clariſſimum Antiſtitem*. Quam eandem eſſe putat ac nouam Ioannes Oliuarius. Mendũ in Pomponio Melà ſubreptum abſtergo. Puto non Pitate, ſed Πιτάνην Pitane, Patriam fuiſſe Arceſilai. Pergit Strabo: Πιτάνη πόλις Αἰολική. Ἐξ ἧς ἐστιν Ἀρκεσίλαος, ὁ ἐκ τῆς Ἀκαδημίας Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως συσχολαστὴς παρὰ Πολέμωνι: μετὰ δὲ τὴν Πιτάνην ὁ Κάϊκος εἰς τὸν Ἐλαϊτικὸν καλούμενον κόλπον. Ἐν δὲ τῷ πέραν τοῦ Καΐκου δώδεκα διέχουσα τοῦ ποταμοῦ σταδίους Ἐλαία πόλις Αἰολική. *Pitane vrbs Æolica Arceſilai Academici Patria, qui cũ Zenone, vnà Citica audiuit Polemonem. Poſt Pitanen Caicus in Elaiticũ ſinum ſe effundit. Trans Caicum XII à flumine ſtadijs Elea eſt Vrbs Æolica, &c.*

Hanc Academiam, quã Galenus contentioſam vocauit, ac litigioſã Nouã eſſe putat Sextus rerũ negantẽ comprehenſionem. De illà Hor. Schol. Academici noui ità quærunt verũ, ut negent idẽ inueniri poſſe. Eos, addit Gabriel Burn. De Hominis felicitate ità à veteribus diſſentiri, ut facilius ſit omnem arenam numerare, quã eorũ ſententias conciliare. Huius ſententiæ ſunt Ælias Donatus & Euphragius Carmen Thaidis Terentianæ elucidantes. *fol. 6.* *att. 4 ſcen. 4.*

*Quantò nunc formoſior videre mihi quàm dudùm.*

Atque aiunt: *Hoc multùm Academicos iuuare, qui putant pròut habiti fuerimus, & adſectis, ità nobis aliud, atque aliud videri, & ideò nil certi comprehendi poſſe*. Confuſiſſima eorum placita Tullius Ἀκαταληψίαν appellat hoc eſt. *Incomprehenſibilitatem*. Negabant enim quidquid ſciri, aut comprehendi poſſe. Eam nihil adfirmare tradit Turnebus. Pulcrè Auguſtinus. *Nouæ Academiæ, cui & tertiæ cognomen, eſt factum dicebant Principes, omnia eſſe incomprehenſibilia, quę alij certa, alij dubia iudicarunt*. Romanæ Eloquentiæ pater ἐποχὴν Nouæ tribuit Academiæ aſſenſus, ſcilicet, retentionẽ, quam illius Princeps, quiſquis ille fuerit inuexit; ac nihil percipi; & cõprehẽdi poſſe humanà perſpicuitate adfimauit. Et Plutarchus aduerſùs Stoicos ἐπὶ τὰς ἐννοίας ὥς τινα σύγχυσιν καὶ ἀναδεσμὸν αὐταῖς ἐπάγοντας ἀπεχθῶς τοὺς ἐκ τῆς Ἀκαδημίας. *Quò ad rerum notitias, direptionem quandam & confuſionem ſinè comprehenſione Academici ingerebant*. Non omiſerim. Epochen etiam Echeneidem naues remorantem, ac vim impetu maximo ruentem, motuſque omnes inhibentem, atq; errantium ſiderũ ſtatũ in Signifero circulo ſignificare. Atquì Noui Academici intelligẽtiam quaquaverſus currentẽ rimantem oĩa, & verum indagantem, menteſque errantes, falsà opinione infrenàuère; arbitrati nihil poſſe cõpre.

2 de offic.

ſà opinione infrenauere, arbitrati nihil poſſe comprehendere, ſed ſemper ſubſidere, ociari ſtare. Lucianus in Dialogo Bis accuſatus, Hermetem cum Iuſtitiâ colloquentem inducit in hæc fermè verba. *Academia hæc ſemper in vtramque partem inſtructa, atque parata eſt orationem; exercet quoque ſe, vt contraria poſſit dicere aptè, ac probè. Cui Iuſtitia: Noua quidem hęc: ſed dic age Academia Orationem vtrãq;, quandoquidem hoc tibi facilè eſt.* Græcus textus habet. Καινὰ μὲν ταῦτα:· εἰπὲ δ᾽ ὅμως ὦ Ἀκαδημία τὸν λόγον ἑκάτερον, ἐπεὶ σοὶ ῥᾴδιον Hanc igitur in vtramq; partem controuertiſſe credit Lucianus. Subindè Academiam de ſeipsà hæc diſſerentem profert. Πολλὰ ἡ Ἀκαδημία ἐγὼ λήρων διδάσκω. *Multa ego Academia nugari doceo.* Hanc Academiam contemnit meritò Cornelius Muſſo. *Hinc antiqua illa Academia, quæ nihil ſciri poſſe exiſtimat, quæ de omnibus dubitat, quæ omnia perindè, ac ſtellarum numerus ſit ne par, vel impar incerta eſſe cenſet. Hanc deſperatam Philoſophiam ipſi nunquam ſecuti ſumus, quæ confundit vera cum falſis, quæ ſpoliat hominem iudicio, priuat approbatione, omnibus orbat ſenſibus.* Hactenus ille. O ſtultiſſimos Philoſophos: quorsùm faciẽ geritis, ac pallium Philoſophorum?

*lib. 2. de diuina hiſt.*

S Quor.

Quorsùm tanto titulo vos inaniter iactatis, ſi veritatem, quam philoſophantes quæritis, nunquam inueniri poſſe in ſpem venitis? Vacui ſolius adſertores, inaniſque, & informis materiæ, vos metipſos omni iure Philoſophiæ vacuos, & informes declaratis. Datum quidē ocellis cæleſte lumen contemplari; ac nobiliſſimam intelligentiæ noſtræ pupillam veritatis radios inſpicere poſſe negatis? Alatis mentibus inijcitis compedes; atque fatiſcentis humanæ naturæ cupiditatem, quæ natiuo pondere, & impulſu in Veritatis notitiam fertur, inſanà opinione ocioſam; quinimmò & fruſtrà laborantem, atque enitentem adſtruitis? Quorsùm Canes gallici ſinè ſpe prædæ defatigantur, incerto pede veri notitiā olfacientes? Quorsùm Olympionici tantà ſolicitudine viam decurrere cupiunt, ſi ad metam peruenire prò viribus deſperant? O deſperatos Academicorum labores. O inſaniſſimas diſquiſitiones. O inauſpicatam Dalecticam, à veritatis confinio ablegatā exulem, alienam.

## ACADEMIA MEDIA, SEV MIXTA.

## CAPVT IV.

SYL.

# Sylloge

*MEdiæ Princeps Arceſilas. Sordidę famæ ſordidam innouauit ſectam. Vſquè ad Aegeſilaum floruit. Nomine Academicus reuerà Pyrrhonius. Eius mors. Philoſophus Heluo. Monſtrum. Pyrrhonij qui. Pyrronis ſophiſtæ ſimulacrum. Pyrrhonij Aporetici, Zetetici, Sceptici, & Ephectici. Arceſilas mordacis Diodori ſequax. Nihil ſcire arbitrabatur, ſed opinari, Eius dogmata irridentur. Sectatores Dialectici, & problematici. Litigioſiſſimi veritatem occultabant.*

MEdiæ, ſeu mixtæ Academiæ Principem Arceſilam fermè omnes tradidere (Auctore Clemente Alex.) quæ vſque ad Ægeſilaum floruit. Qui Crantoris auditor, cum ſordidatæ famæ, atque confuſæ fuerit intelligentiæ, ſordidam, confuſamque ſectam innouauit. Quis ille fuerit, Annales Saliani teſtantur. Hęc ſiquidèm monumenta ſui nominis leguntur anno 3754. *Olym. CXX. Floruiſſe, quinimmò computruiſſe perhibetur Arceſilaus Philoſophus impudentiſſimus, atque impuriſſimus. Primus dicitur mediã inueniſſe Academiam, & in vtramque partem diſſerendo diſputaſſe.* Finis acta probauit. Obijt, teſtimonium de eo ferente Hermippo, cum immodicè merum in cõuiuio ingurgitaſſet. Qualia profectò argumenta pinguem, ac vino immerſum ventrem eructaſſe credas? Et quam ar-

gutas fuiſſe Gulonis,atq; Heluonis diſceptationes buccis effutientibus egeſtas. Adſtipulatur Mirandulanus. *Secunda,ait,Academia, quæ etiam media dicitur Princeps Arceſilaus, diſſenſit à Primę Principibus*. At illum nomine ſolummodò Academicum, refert Numenius, reuerà Pyrrhonium fuiſſe. Protheum Vertunnũ,ac multiformẽ appellant alij; monſtruoſumq; Philoſophum, ac Philoſophiæ portentum. De eo Ariſtonis circumfertur dicterium. *Arceſilam anteriori parte eſſe Platonicũ poſteriori Pyrrhonium, ſeu Scepticum, mediâ Diodorũ chronum Dialecticũ.*

Pyrrhonij à Præceptore nomen ſortiti; de quo Pauſanias in Eliacis: *Ad eã porticus partẽ, quæ ad forum conuerſa eſt Pyrrhonis, Piſtocratis filij ſtatua eſt, Sophiſtæ hominis in omni re, atq; oratione aſſenſionem retinentis*. A dogmate, atque à doctrinà, vt ſcriptum reliquit Laertius, *Aporetici denominati ſunt, quia ſemper addubitent, Zetetici quod ſemper in veritatis inquiſitione verſentur, Sceptici, quod ſemper quærant, & inueniant nunquam, Ephetici etiàm quod poſt inquiſitionem iterùm ambigant.* *lib.10*

Diodorus aũt ille, quẽ Callimachus mordaciſſimè inſectatur, dialecticus erat; primuſque inueniſſe exiſtimatus eſt ĩuolucra dicẽdi,& cornutũ diſſerendi genus. Hũc ſectatus Arceſilas, qui clariſſimã firmãq; Platonis,ac Stagiritæ do

do.

doctrinā reſpuit, de quo ſcribit Laertius Ἀρκεσί-
λαος Πιταναῖος τῆς Αἰολίδος. οὗτός ἐστιν ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημίας κα-
τάρξας πρῶτος, ἐπισχὼν τὰς ἀποφάσεις διὰ τὰς ἐναντιότητας τῶν
λόγων, πρῶτος δ' εἰς ἑκάτερον ἐπεχείρησε, καὶ πρῶτος τὸν λόγον ἐκί-
νησε τὸν ὑπὸ Πλάτωνος παραδεδόμενον. *Arceſilaus* Pitanaus
*ex Æolide. Primus hic mediam inuexit Academiam,
negationes cōtinēs, propter ſermonū cōtrarietates, pri
musq; in vtrāq; diſſerere partē aggreſſus eſt: idque
orationis genus quod Plato tradiderat p interrogatio
nē, & reſponſionem primus eduxit. Ab Arceſilà, &
Cleãte,* addit Sigonius, *acceptū eſt, vt eorū diſcipuli* lib. 2.
*nihil ſcire arbitrarentur, ſed de omnibus opinari dice* de dia
*rent; & contrà omniū ſententias probabiliter diſputa* log.
*re noſſent*. Arceſilai ſectā exactiſſimè deſcribit
Iſidorus. *Academici appellati à villà Platonis Aca-
demià* Athenarum, *vbi idem Plato docebat. Hi om* lib. 8.
*nia incerta opinantur: ſed ſicuti fatendū eſt multa in-* Orig.
*certa eſſe, & occulta, quæ Deus voluit excedere homi* c. 6.
*nis intelligentiam: ſic tamen etiàm plurima eſſe, quæ
poſſint ſenſus penetratione comprehendi. Hanc ſectā
Arceſilaus Cyrenaicus Philoſophus reperit; cuius ſe-
ctator fuit Demetrius: qui dixit, tamquàm in puteo
alto, ità ut nullus fundus ſit, ità in occulto iacere ve-
ritatem.*

Hos deridet Plutarchus. *Atqui,* inquit, *Soſpes*
τοὺς μὲν παῖδας ἀστραγάλους ὁρῶ, τοὺς δ' Ἀκαδημαϊκοὺς λό-
γους ἀρπάζοντας. *Video pueros, talos pre manibus*

*ha-*

*habere, & Academicos ſermones, atque argumenta captare.* Sequitur Plutarchus: *Profectò enim Nihil huiuſmodi Academici Stomachi differunt ab his, qui interrogant par ſit an impar quod manu continet.*

Plurimùm diuulgata Arceſilai ſecta omne ſibi nomen vſurpauit. *I*taque Academicorum nomine, Arceſilai ſectatores dialectici Antonomaſticè intelligebantur, & Ἀκαδημαϊκοὶ ijdem eſſe dicebantur, *qui ſe diſputando exercebant*. Plutarchus aduerſus Coloten teſtatur: *Academici, ait, et Arceſilaus* ἦσαν περὶ πάντων ἐπέχοντες *de omnibus adſenſum cohibent.* Atheneus cum *L*eonis Academici meminit, ità eos definit. Τοιοῦτοι δ' εἰσι, καὶ νῦν τῶν Ἀκαδημαϊκῶν τινες ἀνοσίως, καὶ ἀδόκως βιοῦντες: *Academici dicuntur quidèm ſinè cognitione, & opinione vitam traducentes*. Et Lucianus in Piſcatore: Ἀκαδημαϊκοὶ τῶν ἄλλων ἐριστικώτεροι *Academici aliorum omnium litigioſiſſimi.*

Medicæ facultatis facilè Princeps Galenus, in eo libro quem de optimo dicendi genere ſcripſit, ex Fauorini ſententià tradit Academicos hos in vtramque partem diſſerere ſolitos, ſed ijs quos in diſciplinam ſuſceperunt, ad quam partem propenſiores videbantur oſtendiſſe. Hunc etiam morem Cicero ab Auguſtino relatus, notauit, Academicis fuiſſe occultandæ veritatis, & ſentẽtiæ ſuę; nec etiàm cuiquam, niſi qui ſecum

vi

vſquè ad ſenectutem vixiſſet, aperire conſueuiſſe. Non igitur negaſſe, ſed vulgo veritatem occultaſſe, atque ab inſipientum, & initiatorum auribus amouiſſe eos Tullius adfirmat. Qui ſe Arceſilai vmbram, & ſectatorem eſſe gloriatur, ac mediæ Academiæ Philoſophum.

Digitized by Google

# ACADEMIA

## VOLATICA, ET PEREGRINA.

## SYNTAGMA VI.

### Cynoſarges, & Cynici.

### CAPVT I.

### Sylloge.

*Cynici à Cynoſarges Gymnaſio, extrà Athenarum mœnia. Antiſthenes Gymnaſii, inſtitutor. Aplocyon dictus. Cynoſarges luci, ac templum Herculi ſacrum. A Philippo dirutum, atq; incenſum. A cane albo, ſeu à carne Canis, aut ab Aquila appellatum. Diomi, ſeu Didymi ſacrificium. Victima à cane deportata ad templi locum. Herculis, Hebes, Alcmenes, & Iolai ſtatuæ in Cynoſargis templo. Impuriſſimum Nothorum lupanar. Gynæceum potiùs quam Gymnaſium. Ex eo Cynici oblatrantes, & Sophiſtæ. Decretum Alcibiadis in columnâ Cynoſarges inſculptum.*

QVemadmodùm ab Academiâ Academici appellati ſunt Platonis alumni, ità à loco qui Cynoſarges dicitur, Cynicorum appellatio ortum duxit, vbi Antiſthenes Cynicorum pa-

pa-

Digitized by Google

pater verſabatur. Erat autem Cynoſarges Gymnaſium, non procùl à portis ciuitatis Athenienſium, de quo Laertius, de vitis philoſophorum in Antiſthene, Διελέγετο δὲ ἐν τῷ κυνοσάργει γυμνασίῳ καὶ ἐπεκαλεῖτο ἁπλοκύων. *Diſſerebat autem in Gymnaſio, qđ Cynoſarges appellatur, non longè à portis ciuitatis, vnde quidā Cynicā ſectam appellatā volunt; ipſeq; cognominabatur Aplocyon*. Apud Athenas ēt extrà vrbis mœnia illud collocat Alexander. *lib. 2. geni. c. 4.*

Inſigne Gymnaſium erat, ac celeberrimum; lucis nemoribus, ac tēplo conſpicuū, Herculi potentiſſimo Numini ſacrum, dicatumq; cuius à Philippo Rege infelicisſimum excidiū Liuius deplorat. *Philippus ſigno receptui dato, caſtra ad Cynoſarges Templum Herculis, vbi Gymnaſium, et lucus erat circūiectus, poſuit. Sed & Cynoſarges, & Lycaū, & quidquid sācti, & ameni circà vrbē erat, incenſum eſt: ac diruta non tecta ſolùm, ſed & ſepulcra.* *lib. 1. decadis 4.* Adſtipulatur Herodotus in Erato *Athenienſes in aliud Herculis Fanum, quod eſt in Cynoſarge caſtra poſuerunt*. Et Alexander. *Apud Athenas Cynoſarges tēplū Herculis Gymnaſiū, & lucus maximi nominis erant, quæ Philippus impotenti irà deuaſtauit, & incendit*. *lib. 2. c. 14.* Cynoſargen à Cane albo, dictum fermè omnes tradidere. Pauſanias in Atticis omnium Anteſignanus. *Eſt etiàm Herculis delubrū, Cynoſarges dictum, quod ab albo quidē Cane*

*eſſe appellatum, qui oraculũ norint, nihil addubitãt.* Παρὰ Κυνὸς ἀργοῦ *à cane albo, & veloci*. Alii quidẽ à Κυνὸς, καὶ σαρκὸς *à Canis carne* κ in r commutatà. Factum enarrat Stephanus de Diomo. *Cynoſarges Gymnaſium in Atticà, & vicus, ſic dictus à Cane albo Qui, ſacrificante Diomo, & Herculi paratam victimã oſtendente, raptu Femora in hunc detulit locum.* Non omiſerim quoſdam non Canem album fuiſſe, ſed Aquilam velocẽ cenſuiſſe. Hìc etiam obiter noto, cum Suidà, nõ fuiſſe Diomũ, ſed Didymum appellatum, qui ſacra peragebat. Igitur victima in eũ locũ, propè Athenas deportata, ſignũ fuit, vt ſacellũ erigerent volenti Numini. Quod propterea Cynoſarges appellatum fuit. Pauſanias in Atticis retulit inibi Herculis, & Hebes (Quam Filiam Iouis, & cũ Hercule nuptam fama peruulgauit) aras viſendas. Alcmenes itidem alteram. Atque vnam Iolai, qui plurimorum Herculis laborum comes fuit.

Satis miror Herculeum Gymnaſium fuiſſe poſtmodùm impudiciſſimum proſtibulum, atque impuriſſimum lupanar. Scriptum reliquit Plutarchus in Themiſtocle. Διὰ καὶ τῶν νόθων εἰς κυνοσάργες συντελούντων· τοῦτο δ᾽ ἐστιν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ηρακλέους. *Quapropter cum Nothi, atque Adulterini quidam in Cynoſarge conuenirent. Gymnaſium id*

*Her-*

*Herculis eſt extrà Mœnia vrbis*. Pergit Plutarchus: *Themiſtocles nonnullos induxit ex Nobilitate iuuenes, vt ſe in Cynoſarges comitarentur*. Ibidem Alcibiades Decretum *Paraſitis* indixit, atque inſculpſit. De quo Atheneus: Ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου: γραμματεὺς δὲ Στέφανος Θουκυδίδου λέγεται τ' ἐν αὐτῷ περὶ τῆς προσηγορίας οὕτως. Τὰ δὲ ἐπιμήνια θύετο. Ὁ ἱερεὺς μετὰ τῶν παρασίτων. Οἱ δὲ παράσιτοι ἴνα τῶν ἐκ τῶν νόθων καὶ τῶν τούτων παίδων κατὰ πάτρια. Ὃς δ' ἂν μὴ θέλῃ παρασιτεῖν εἰσαγέτω, καὶ περὶ τούτων εἰς δικαστήριον.

*In Cynoſarges Herculeo templo columna extat, in quà inſculptum eſt Decretum Alcibiadis. Scriba fuit* Stephanus *Thucididis filius; in quo ità promulgata lex. Quot menſibus Sacerdos cum Paraſitis Sacris operatur; Paraſiti vnum quempiam ex Nothis, atque ſpurijs hominibus, ſeu ex eorum liberis in ſenatum deducant, ſi ipſe nolit, &c.*

Vide ſis quam argutè Eraſmus luſerit. Ex hoc potiùs Gynæceo, quam Shcolà garrire cæpiſſe, vanos Sophiſtas; atque è Cynoſarge Cynicos oblatrare cæpiſſe, impudentiſſimos, caninæ linguę, ac dentis Philoſophos.

ἠχοῦς στοά, quod ter reſponſa reddat. Romanorũ porticus inſigniores Pompeia antè ipſius curiam. Octauiæ, iuxtà ædẽ Iunonis, Philippi, Metelli, Quirini, Lucij, Caij; Liuiæ Claudiæ; & porticus Auguſti, in quà erat Bibliotheca Græca, & Latina. Celeberrimæ item Porticus quadratæ ſeparatæ, & Porticus Philoſophorum, de quibus plura cõgeſſimus Syntagmate primo, & quarto. At omnium laudatiſſima Antonomaſticè *Stoa*, cui etiàm *Stoa Poeciles*, variæ porticus cognomentum dedere, fuit Gymnaſiũ Zenonis, à quo primùm Zenonij poſteà Stoici eius Auditores appellati. In eà tradidit Britannicus, cũ diuerſis tẽporibus mille quadringentitriginta Ciues interfecti fuiſſent, voluit Zeno locum illum inuiolabilem reddere, quarè cępit in illà docere, ad quem eò audiendum diſcipuli confluxere.

Stoam Polygnotus varijs ornamentis, atq; picturis decoratã, contuentiũ oculis cõmendauit. Quas oẽs ex Pauſanià in Atticis collectas, hic õti adũbrare volui, vt legentiũ curioſitatem exhaurire poſsem. Pergentibus ad porticũ, Mercurius æneus in cõſpectu obuius eſt, quẽ forensẽ vocat. Propè, porta eſt, ad quã Trophæũ ab Athenienſibus erectũ viſitur, de Pliſtarcho Caſſandri fratre. In ipsà porticu Atheniẽſiũ acies ĩ Oenoe (Ar-

giui agri

agri uico) aduerſus Lacedæmones inſtructa, exprimitur eo conſpectu, vt accedere acies videatur, & cominùs congredi, arma conferre, & ad manus venire. In medio pariete Athenienſes conſpiciuntur, Theſeo duce cum Amazonibus dimicantes ſtrenuis mulieribus. Illæ Themyſcirà captà, & copijs contrà Athenienſes miſſis, deletis ad Troiam, cum Athenienſibus ipſis, & vniuerſis Græcis pugnant. Poſt Amazonas Græcos cernere eſt Ilium excindentes; quo in loco captiuarũ agmen mulierũ, & inter cæteras Caſſandræ figura depicta eſt. In extremo parietis loco videntur ij, qui in Marathone aduersùs Perſas bellũ geſſere, ex Bæotis Platæenſes, & Attici omnes, qui cum barbaris conflixerunt. Par in vtroq; exercitu alacritas, atq; animorũ vigor inſpectatur. Videas etiam fugientes Barbaros, & in ipsà fugæ trepidatione, ſe in paludem trudentes. In ipſo picturæ fine Phœniſſæ naues ſunt; & Barbarorum, qui in illas ſe ſe coniecerant, à Græcis inumbrata cædes. Ibidem expreſſus, & Marathon Heros, à quo campi illi Marathonis nomine inſigniti. Theſeus, quoque tâquàm a littore ſecundis auris ſoluens. Minerua item & Hercules. A Marathonijs etenim Herculi primùm (vt ipſi memorant) honores habiti ſunt. Inter pugnantium imagines illuſtriores

res ſunt Callimachus, Miltiades dux, & Ecletlus Heros. Ea.dē è porticu Æneî Clypei pendent, cum inſcriptione eà, quà clarè liquet Scionæorum eos, & Auxiliariorum eſſe. Qui verò pice obliti ſunt, contrà temporis iniurias eos, & alia victorum ſpolia, quæ inibi ſpectantur, Spartanorũ eſſe adfirmant, qui in Sphacteria Inſulà capti fuere.

Antè porticum Statuæ æneæ artificio miro ſunt. Solon in primis, qui Athenienſibus legem dedit. Nõ lõgè abeſt Seleuci Statua, quẽ Iuſtitià & pietate Reges omnes antecelluiſſe facilè adducor; quippe qui Apollinis Coloſſum, Mileſijs à Xerxe ademptum, & Ecbatana exportatum in Branchidas reportandum curauit; & cum conditâ Seleucià ad Tigrim fluuium, in eà Babylonis inquilinos deduceret, neque muros Babylonis demolitus eſt, neque Beli templũ euertit; & Chaldæis, vt proxima Templo loca inhabitarent permiſit. Hæc ſatis eſt ex Pauſanià collegiſſe. Porticus tres videtur diſtinguere Alexander, atque omnes itidem Pœcilas nuncupatas voluit. Ipſum audi. *Athenis verò porticus Pœcile, & Altaria varia vbi Mercurius aneus erat, celebratiſſima pictura varietate, miris laudibus feruntur. Vbi pugna Marathonia depicta. Et alia Piſianactia. Et Pœcile in Elide, quã Echum vocabãt,* lib. 3. c. 15.

Des

Decipitur mi lector, ſi porticum Phyſianactiā, ſeu Piſianactiam à Poecile Athenaiū aliā fuiſſe arbitratur, cū eadē prorſus fuerit duobus appellitata nominibus. Laertius in Zenone adſtipulatur. *Vertens igitur ſe Zeno ad porticum variam,*
lib. 7. *quæ & Piſianactios appellabatur, & ex varia, & multa ſcientia picturà Polygnoti* Poecile, *orationem formabat, volens & locum illum ſtabilem facere, nulliſque ſeditionibus vltrà violabilem*. Viden eandem fuiſſe porticum πεισιανάκτειον & ποικίλην. Ex Neotericis Iacobus Dalecampius in notis Plinianis, de hac re ſcripſit, *Porticus ea prius vocata fuit Piſianactia, deindè* Poecile, *cum eam ſuis picturis ornaſſet Polygnotus, qui in eà Marathoniam pugnam aduerſus Perſas, & Medos feliciter commiſſam, duce Miltiade repreſentauit*. Addit ipſe in eà porticu Polygnotum, dū Troades pingeret, Elpinices vxoris, ac ſororis Cimonis parùm pudicę, cum quà ſtupri commercium habuerat, fa-
li. 35 ciem prò Laodiceà expreſſiſſe. De Polygnoto
c. 9. Thaſio variæ porticus Pictore notat etiam Plinius; gratuitò Poecilen ornaſſe ſuiſq; ſumptibus, cum partem eius Mycon, ſeu Micon mercede pinxiſſet, vndè maiorem huic fuiſſe auctoritatem. Antè porticum variam, fuiſſe plateam,
lib. 1. ſeu planitiem colligo ex Apuleij verbis ſuæ Metamorphoſeos. Cū Athenis antè Poecilem por-

ticum

ticum circulatorem adſpexiſſe equeſtrem nar. rat, atq; ibi eneruam, atq; exoſlum ſaltationem explicaſſe. Meminit etiam variæ picturæ Strabo, & præclarorum artificum opus fuiſſe adfirmat ἔχων ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἄξιον.

Zenonis porticum diuerſam, atque aliā eſſe à Poecile ī Elide, cū Alexādro quidèm arbitror, quæ ob varietatem picturæ Poeciles cognomentum obtinuit. Eamdem ēt Echum appellari ſcribit Pauſanias in Eliacis, atq; propè Altin extaſſe memorat. τὸ δὲ τῆς Ἄλτεως πρὸ τῆς Ποικίλης στοᾶς καλουμένης ὅτι ἦσαν ἐπὶ τῶν τοίχων γραφαὶ τὸ ἀρχαῖον. Εἰσὶ δ' οἱ τὴν στοὰν ταύτην, καὶ Ἠχοῦς ὀνομάζουσι: Βοήσαντι γὰρ ἀνδρὶ ἑπτάκις ὑπὸ τῆς ἠχοῦς ἡ φωνὴ ἐπὶ τάδε, καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι ἀποδίδοται *Ex pecun à parentibus Soſandri irrogatà, duo erecta ſigna fuere, alterum in Eleorum Gymnaſio; ante porticum, quæ in Alti eſt alterum. Appellatur ea porticus Poecile; Varia: à picturę varietate, quà olim parietes exornat fuerant. Eandemq; multi Echo nominant, quod vocis emiſſę imago ſepties, ac ſæpius reciprocat.* Altis lucus Ioui ſacer fuit, ſiuè vt alij putant Adytum Templi. Porticum eam intrà Altim ſtatuit Cælius. At quì fieri poteſt, vt vna vox ſepties reſonet in eà Porticu; ſicùt etiàm in Olympiæ Stoà, quàm Heptaphonon indigenæ appellant, & in Turribus Thraciæ portæ ſæpiùs contigiſſe ſcribit Plinius? Fortaſsis diuer-

lib. 9.

lib. 13 c. 17.

la ſtructuræ facies cauſſa eſt, vt vox conclamata, per ſeptem orbes, ruptis ſpatijs eandem multiplicato ſono referat. Cauſſam itidem attingit,
lib. 4. Lucretius:

*Ità colles collibus ipſi,*
*Verba repulſantes iterabant verba referri.*

Loci concaua contigua quidem, & variè diſpoſita vocem eandem reflectunt omnia. Quemadmodùm etenim vna imago multis obiecta ſpeculis è regione exiſtentibus, ſimul in omnibus repreſentatur; ità vna vox pluribus reuerberatur locis, ſi eam collidere, & retundere apta ſint.

## DE STOA, ET STOICIS PLVRA.

### CAPVT III.

### Sylloge.

*STOA ciuium internecione fœdata. Medi, Galli, & Pontici Braccati. Braccæ quæ? Stoa à Zenone quorſùm electa? Pythagoricæ ſolitudines. Porticus Phœbaea, ac Pompeia magnificentia. Stoici philoſophi maioris abollæ. Tribus notis Stoici deſcribuntur. Eorum frugalitas, ac rerum contemptus. Frontonis Vrceus. Seueriſſimi omniũ Stoici. Quid de hominibus, ac fato ſentirent. Diues qui cœlo tegitur. Cheramonis ſuperbia. Stoicorum mores notantur à Comico. A maledico, ac Satyrico lacerari ſummum*

pro-

*probitatis teſtimonium. Stoa Pœciles maximæ uenerationis. A quodam Proconſule Achaię diruta.*

STOa igitur antiquioribus monumentis ornatiſſima, ſed ciuium internecionibus fœdata à Zenone ſelecta, optimæ virtutis receptaculum, ac ſapiens Gymnaſium euaſit. De hac porticu Perſius Satyrâ tertiâ:

*Quæq; docet ſapiens braccatis illita Medis*
*Porticus.*

Braccatos Medos, propter vſum togæ ποδήρους, quidam arbitrati ſunt appellatos. *I*tà dictos malim, quia veſtes intonſas, ac barbaras geſtabant Medi, aduersùs frigoris iniuriam. De Braccis, ac Braccatis plura explicatius notauit Cælius: *Gallorum porrò* (ait) *eſt veſtes ferre intonſas* (Bibliotheces ſexto tradente Diodoro) *variæque coloris Braccarum nomine. De quibus notiſſimum eſt illud Taciti Cornelij, Cecinna verſicolori Sagulo, Braccas barbarum tegmen indutus, togatos adloquebatur.* Apud Ouidium Ponticos populos Braccis aduersùs frigoris iniuriam vti ſolitos legimus. *Lib. 18 c. 21*

*Pellibus, & laxis arcent mala frigora Braccis.*

Mela etiàm Pomponius, Sarmatas Braccatos totum corpus, & niſi quà vident, etiam ora contegere adfirmat.

At quà de cauſsà Zeno Stoan Poecilen ſuis ſpe

culationibus; atque exercitamentis elegit? Cælius in promptu eſt. *Platonici, ac Stoici in templorum lucis ac porticibus verſabantur, ut admoniti auguſtioris habitaculi ſanctitate, nihil aliud quàm de virtutibus cogitarent.* Idipſum repetit. *Quà etiam ratione Pythagoreos frequentiâ reclinatâ, in ſolitudinibus egiſſe ferè adſtimat.* Et meritò auguſtum habitaculum vocat Stoam Poecilen; veteres enim magnis ſumptibus porticus omnes magnificentiſſimè adſtruebãt, columnis circumuallabant vndiq; & admirabilis ſtructuræ templis proximas adlocabãt. Accipe ſis porticus Phœbæam, Pompeianq; à Propertio deſcriptas.

*lib. 13. c. 25.*

*l. 30 c. 25.*

*lib. 2.*

*Aurea Phœbi*

*Porticus à magno Cæſare aperta fuit.*

*Tota erat in ſpecies, Pœnis digeſta columnis,*

*Inter quas Danai fœmina turba ſenis.*

*Hic equidem Phœbo viſus mihi pulcrior ipſo,*

*Marmoreus tacitâ carmen hiare lyrâ.*

*Atq; aram circùm, ſteterant armenta Myronis,*

*Quattuor artificis vivida ſigna Boues &c.*

Mox de Pompeiâ:

*Scilicet umbroſis ſordet, Pompeia columnis*

*Porticus, aulæis nobilis Attalicis.*

*Et creber pariter Platanis ſurgentibus ordo*

*Flumina ſopito quæq; Marone cadunt.*

Et

*Ebrietiter Nymphis, totà crepitantibus vrbe,*
*Quam ſubito Triton, ore recondit aquam.*

Porticus etiàm mirabilem ſtructuram deplorat Martialis:

*Hæc, quæ puluere diſſipata multo*
*Longas, porticus explicat ruinas,*
*En quanto iacet abſoluta caſu?*

Ad ſtoicos redeo. In eà porticu conuerſantes Philoſophi, in maximà fuere exiſtimatione, ac Maioris abollæ, philoſophici ſcilicet, pallij homines dicti. De ijs Perſius.

*Inſomnis quibus, & detonſa iuuentus*
*Inuigilat, ſiliquis & grandi paſta polentà.*

[illegible] ἀγωγὴν Græcanica inſtituta Stoicæ ſectæ, tribus notis deſcribit Perſius. A diligentià in ſtudijs, & à tenuitate cultus. Stoici enim non alebant comam, ſed ſtrictim tondebant, quod ſoliti ſunt facere frugi homines, & elegantiarum incurioſi. A victu tenui. Stoicorum frugalitatem, atque inopiam, omniumque contemptum innuit Martialis, cum Rhetoris Frontonis Vrcei quo bibebat, mentionem fecit.

*Hic tibi donatur pandà ruber vrceus anſà,*
*Stoicus hoc gelidam Fronto bibebat aquam.*

Seueriſſimi nimiùm cenſebantur, atq; auſteritati conſultò indulgentes; quippè qui, referente Scaligero plumbeos, ſiuè ferreos ſibi finge-

ge-

gebant, homines, vtq; notat Cointhus Smyrnæus κῆρας ἀμειλίχους. *Fata implacabilia ſemper in homines putabant*. Diuinumq; dicebant qui
lib.10 cumque Cælo tegeretur. Quarè Satyricus
epig. poeta Cheræmonem carpit Stoicum; qui mortem conſpernabatur, ſuperbo tamen faſtu, ac ſupercilio.

*Quod nimium laudas Cheræmon Stoice Mortem,*
*Vis animum mirer, ſuſpiciamque tuum.*

At hic Stoicorum dogmata referre, alienum puto, atque mei instituti exoergon. Aliàs dabo.

Stoicos eorumque mores deprehenſos irridet, ac reprehendit Hermias Comicus apud
lib.12 Athen. His iambis:

Ἀκούσατ' ὦ στόακες ἔμποροι λήρου
Λόγων ὑποκριτῆρες, οἱ μόνοι πάντα
Τ'ἐν τοῖς πίναξι πρὶν τῷ σοφῷ δοῦναι
Αὐτοὶ καταῤῥοφεῖτε.

*Audite Stoiculi Nugarum mercatores,*
*Verborum arbitri, & æſtimatores: ſoli omnia*
*Quæ lancibus apponuntur, nullâ ſapientibus*
*datâ parte*
*Vos obliguritis.*

Et mox.

*Tùm deprehendimini,*
*Alia facientes, q̃ quod tragicâ uoce proclamatis,*
*Iuuenibus illudentes.*

Lu-

Luna in Icaromenippo Luciani, eos vt ignaros arguit, rerum cæleſtium ſpectatores, chimericum, ac commentitium ſapiētes. Ità enim de ijs conqueritur, qui ſuam ipſius naturam inquirere ſoliti eſſent πολλὰ καὶ δεινὰ τῶν φιλοσόφων ἀκούσα ἀνείρηκα. Atq; indè acriter cōtrà eos inuehitur: *Enecor Menippe multa, & intoleranda ab iſtis Philoſophis audiēs, quibus præter nihil eſt negotij, niſi vt curioſi res meas exquirant; quæ ſim, quanta ſim quā ob cauſā varia ſim & dimidiata, & cur virinque gibboſa, &c. Et tamē quā multarū rerū illis ſum conſcia, quas noctu patrāt turpiſſimas, & execrandas? Quàm interdiù tetrici ſint, & adſpectu viri li, habituque graues, & imperitorum oculos in ſe conuerſos habentes? &c.* Nil mirere mì lector, laus Stoicorum eſt à Satyrico, atq; à Comico Theoninis dentibus, ac morſu viperino dilacerari.

Stoan Poecilen, cum ſuis tabulis, aduſq; tempora Arcadij, & Honorij conſeruatam perduraſſe cōſpicuam, refert Caſaubonus in *Perſiū*. Sed Stoicos venerationem ei loco maiorē, propè quàm Superùm templis tribuentes, ægrè tulit Proconſul quidam Achaiæ. Is locum deturbauit, & tabulas abſtulit, eoq; facto Stoicorum ſupercilium non mediocriter retudit, ut Syneſius tradidit.

DE

# DE HORTIS EPICVRÆIS LACYDIO Areopago, ac reliquis inſignioribus Græciæ Gymnaſijs.

## CAPVT IV.

## Sylloge.

*EPicuri Horti, & Gymnaſium. Iure depoſiti Timocrati commendantur. Apollodorus Cepotyrannus, & quare? In Hortis Epicuræis profeſſores qui. Hortorum cultor, ad delitias, & otia Epicurus. Horti, & olitores in Veneris tutelà. Areopagus Areos Martis pagus. Primus inibi Mars cauſſam capitis dixit. areopagitæ à Solone inſtituti. Eorum delectus, uirtus, atq; integritas. Gymnaſium è curià fit. Lacydium Gymnaſium in Attali hortu. Cranium, Prytanium Tempe. Pythagoricæ cortinæ. Pythagoreorum, & Pythagoriſtarum diſcrimen. Gymnaſiū Ptolomæum. Adriani, Herodis. Eleuſium. Apollony Lyceum, & Academia. Eretriorum. Rhodÿ. Laodiceæ. Elienſes ſophiſtæ potiùs quam ſapientes. Plura Gymnoſia enumerantur.*

EPicureorum Academia Athenis inter cæteras nō paruipendenda, ſeſe nobis offert. Epicurus ſuis dogmatibus, nouiſque adinuentis diſcipulorum cateruam illaqueauit; atque philoſophorum conuentus in hortis habuit, teſte Laertio in eius vità. Idq; gymnaſium adeò

cha

charum habuit, ut iure depoſiti Timocrati cō-
mendauerit, obſignato iam poſt obitum ſuum teſtamento, in quo hæc fidei commiſſa reliquit Τιμοκράτει, καὶ τὸ δυνατὸν τὴν ἐν τῷ κήπῳ διατριβὴν παρακατατίθεμαι. *Timocrati eam quæ in horto eſt Academia, prò viribus commendo.* Ex loco etiàm cognomentum indeptus fuit Apollodorus eius doctrinæ ſectator clarus, qui Κηποτύραννος *Cpotyrannus* dicebatur. De hortis Epicuri interpretatur Domitius Calderinus compluresque alij lib.7.
carmen illud Martialis: epig.

*Hanc, Theophilam, iure petat magni ſenis atrus in hortis.* 68.

Ad eoſdem adluſit Papirius:

*Malit deſerto ſenior Gangetius Horto.*

Primū fuiſſe Epicurum, qui vt ociaretur extrà plateas hortos colere incepit Athenis, refert Plinius: *Iam quidem hortorum nomine in ipsà vrbe delicias, agros, villaſque poſſident. Primus* lib.10 c.4.
*hoc instituit Athenis Epicurus otij Magiſter. Uſque ad eum moris non fuerat in oppidis habitari rura.* Voluptuaria eſt hortorum habitatio, inque delicijs habita, Venerique dicata; olitores etiàm atq; horti in eius tutelà ſunt, quos omnes impudentiſſimo huic Numini menſe Augusto, in Ruſticis vinalibus conſecrabant. Adſtipulatur Sapiens; cum iuuentam laſciuierem

& inſanientem in ſcenam adducit accinĕtem : Hebraicè. *Nullus ſit hortus in quem non pertranſeat luxuria noſtra*. Igitur congruebat Atheo, atque impudentiſſimo Philoſopho hortorum, inhabitatio; vbi tamquàm in Academià profiteretur. Fortaſsìs etiàm Hortos incolere voluit, vt Oleribus famem exatiaret. *Hæc enim* illi edulia, hæc obſonia nimiùm grata fuere. Hæc pabula Bouem craſſum, ac pinguiſſimos de grege *P*orcos ſaginabant.

Areopagus, ſeu Ἄρειος πάγος *Martis pagus eſt*: ità appellatus, ait Pauſanias ī Atticis, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνθαῦτα ἐκρίθη ἐπ' ἁλιῤῥοθίου ἀνέλῃ. *Quod Mars eo in loco primus capitis cauſſam dixerit. Nàm & Halirrhotium occidiſſe fama erat*. Solon legiſlator Athenienſium Areopagitas inſtituit, quorum conſilio leges, ac maiorum inſtituta ſeruarentur. In hoc cōſilium publicum admittebantur Prætorij viri duntaxàt, & qui anteà Archontes fuiſſent. Neque item eò adoptabantur omnes ſinè delectu, ſed quorum virtus, atque integritas in rebus regendis, adminiſtrandà Republicà, iure dicūdo, cuilibet ciui cognita eſſet, ac perſpecta. Eorum mores qualiter fuerint, exponit Iſocrates; & priſca illa Adagia sàt ſuperque declarant. *Sanctior Areopagità, grauior Areopagità, integrior Areopagità*. At temporis proceſſu, *Areopa-*

*pagus Philoſophos, atque Academicos excepit*. In nuit Cappella: *li. vlt. de nu pt phi lol.*

*Multà Chlamyde*
*Prodire doctis approbanda cultibus,*
*Poſſemque comes, vtq; è Martis curià.*

Vbi Grotius. *Areopago: in quo olim Iudicia, poſteà diſputationes* Sophiſticę *habitæ*. *Niſi ali m* (ſubdit) *quampiā Martis Curiam Carthagine imaginemur*. Vt vt res ſit. Ipſe nunquam legi Philoſophos Areopagitas. Vno Grotio contentus ſis mì lector; fidem meretur, opinare.

Lacydium ſequitur, Lacydes Philoſophi Academia. Cyrenęus ipſe Arceſilai ſucceſſor, ac nouæ Diatribæ Princeps, ut de eo Laertius: *lib. 4.* Ἐσχόλαζεν ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐν τῷ κατασκευασθέντι κήπῳ ὑπὸ Ἀττάλου τοῦ βασιλέως, καὶ Λακύδειον ἀπ᾽ αὐτοῦ προσηγορεύετο: καὶ μόνος τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος ζῶν παρέδωκε τὴν σχολὴν Τηλεκλεῖ, καὶ Εὐάνδρῳ τοῖς Φωκεῦσι. *In Academià Gymnaſium habuit in horto, quem Attalus Rex ſibi curauerat. Lacydiumque ab ipſo appellatus eſt. Soluſque ex omni memorià vivens, Phocenſibus Telecli, & Euandro tradidit magiſterium*. Hos Philoſophorum Hortos deſcribit Strabo; ſicùt etiàm Odeum, & Theſeium. Idem Laertius Gymnaſium Diogenis recenſet, antè Corynthum, quod Cranium appellatur; obſcuriora etiàm fuere Canopum, Prytanium, Tempe. Cæterùm innumeras om- *lib. 9.*

X 2 nes

nes Philoſophorũ Academias, Auctoribus qui dèm ſuis claras, & loci pulcritudine parùm conſpicuas, lubenter omittimus: tædium peroſi, ac breuitati indulgentes. In Pythagoræ Gymnaſio Cortinas adnoto, intrà quas Pythagorici, Arcanæ ſcientiæ Auditores admittebantur; extrà Pythagoriſtæ vulgaris doctrinæ diſcipuli, admiratores potiùs, quàm doctores. Diſcipulorum diſtinctio hæc erat. Pythagoræi Sebaſtici, cultores Numinis dicebantur. Qui Mathematicis incumbebant, Geometrici, & Arithmetici. Qui cum Pythagorà conſuetudinem, ac familiaritatem contraxerant Pythagorici; reliqui omnes Pythagoriſtæ. Hæc ſatis.

Fuit quoque Athenis Gymnaſium aliud, nõ procùl à foro, quod à conditore *Ptolomæum* vocabatur, cuius *Pauſanias*, & Cicero in Quæ-
*l.5.* ſtionibus Tuſculanis meminere. *Alterum* quo-
*l.12.* que haud incelebre *Adriani* nomine dictum:
*c.9.* *Academiæ* Timeſiæ mentionem fecit Ælia-
*var.* nus. Herodis *Philoſtratus*, quam *Adrianus* ſo-
*l.2.de* phiſta frequentius adijt. Ἐφοίτησε τῷ Ἡρώδῃ. Idẽ
*vit.* auctor etiàm Elienſiũ porticũ cõmemorat in
*ſoph.* vità Apollonij. Quos cum Apollonius offendiſ-
*l.4.c.* ſet egregiè ornatos, ac magno ſuarum ſedium
*4.* apparatu; quid de illis ſentiret à ſocijs interrogatus reſpondit: Σοφοὺς οὐκ οἶδα, Σοφιστὰς μέν. *Haud*

*ſa-*

*ſapientes ; ſed Sophiſtas manifeſtè video.* Tyaneus ille omnis portenti, ac prodigij vir omnis quoque philoſophiæ peritiſſimus, Ægas reuerſus Gymnaſia duo celeberrima, æmulatus illa Athenarũ, erexit Λύκειόν τε καὶ Ἀκαδημίαν. *Lyceaum, & Academiam.* Amœniſſimi Eretriorum diuerſorij, & Philoſophorum Gymnaſij, in Eretriâ Euboeæ meminit Strabo, quemadmodum etiàm Rhodij. *Laodiceni* Nicomedienſis, Cæſarienſis, & Antiocheni Euſebius. Conſtantinopolitani, quod Imperatorum maieſtate floruit Zonaras.

*lib. 1. c. 10.*
*li. 10.*
*lib. 7. c. 29.*
*T. 3.*

## ACADEMIA ITALICA.

## CAPVT V.

## Sylloge.

I*Taliæ ſtudia. Indigenæ Poetæ. Genius ſtudiorum. Itali grauioribus litteris, atq; humanioribus dediti. Academia Italica. Spretis Athenis in Latium migrat. Luculli Peripati, ac Gymnaſium. Græcanicum ſal Latio admixtum. Maro Homeri ſimia, aut æmulus. Tractus Pythagoræi. Campaniæ ſtudia. Parthenopes ingenia. Academici ocioſi. Marchio Villa Muſagetes. Roma tota Academia. Suorum ſcaturigo, exterorum confluuium. Aula Academicæ. Thuſcia diſertiſſima. Floren-*

tia

*tia Ducum, ac ſapientum ſedes. Cruſca cortici abradendo inuigilat. Gallię Ciſpadanę, ac Tranſpadanę Gymnaſia innumera. Mediolanum Ciuitas bellica, & Academica. Bononia celeberrima. Sitientes Academici. Conſtantes. Patauium, & Bononia Italię totius ſuggrūdia. Veneta palus Heliconia. Verona Philarmonica. Muſæa Vicentina. Liguria Tinnula.*

ITalia Cælo, ac ſolo feliciſſima omniū Regio, Alpium clauſtris, ad præſidiū vallata, ac definita. Indigenas illa ſuos vberrimo Palladis lacte nutrit, atq; in Muſarū domicilijs fouet. *Studiorum amęnitas*, declamat noſtri Seculi Tullius, *in Italià non exigua ; & maximè vbi viuax Naturæ lepiditas inuitat. Teſtis gentilitij carminis pulcra, & ad vicinorum inuidiam grauis vbertas, quæ nomina Poetarum tot amorum ignibus, ad ſupplicij celebritatem fictis, ardentia ſacrauit.* Naſcuntur impellente Genio, ad nobiliores conceptus Itali, ac Stellà præſide læuigante, rudis Mineruæ accolæ adſurgunt puriores; natiuo cortice abiecto. Gregarij iuuenes in Italiam confluunt Germani, Belgæ, Galli, Hiſpani; Academijſq; oībus perluſtratis, & copioſo ſcientiarū hauſtu è fonte Caballino ditiores effecti, in Patrias redierе ſuas opulentiſſimi ſcientiarū prędones. Gymnaſia nedùm, ſed Curiæ, Palatia, Suburbia, Plateæ quinetiàm ipſæ Academicos alunt

olent.

olent. Muſæa fora quoque ſunt. Atque ità bono Dæmone interiùs ſtimuláte, neminem videas, qui ſaltèm litterarum rudimenta non perceperit. Pomęrijs viretis ſiluis collibus campiſque vario paludamento conueſtitis luſit Natura. Luſit pendicibus aſpèrrimis, pręruptis vallibus, nemorosà phalange circumſeptis, ut fatigatis ingenijs opportuna ad delitias loca præpararet. Altra benigniora infauſtos ociantis, ac pigri Sideris conatus, Italicis ablegauere cõfinijs, vt contemplantiũ vires alacres, ac feſtinæ, nullatenùs præpeditę vagarentur liberius, & penitioris Naturæ ſinus promptius poſſent perrimari. Itali non eas dumtaxat facultates, quæ lucro, aut quæſtui inſeruiunt, Chænici inſidentes percipiunt, ſed curioſiores perueſtigant, minuſq; tractabiles aucupantur. Nec ſolùm Philoſophicis, Mathematicis, Theologicis dapibus infarciunt menſas; nec tantùm Iuris notitià, atque Hiſtoricis ferculis pinguem reddunt, ſed Poeticis etiàm obſonijs, Rhetorum edulijs, humanioribuſq; bellarijs inſtruunt ad dulcorem. Ad Poeſim furore concitantur vix adultæ ætatis, prçuento etiàm Naturæ ſtimulo.

Vniuerſa fermè Italia à capite ad ſoleam Græcorum philoſophantium, ac veteris Academiæ veſtigia oſtentat. Italica inter alias Pla-

to-

tonicæ Academiæ ſectas Picus adnumerat. Quinetiàm vt lepidè Claudianus de Manlij Theodori conſulatu ſcripſit:

*In Latium ſpretis Academia migrat Athenis.*

Eius quæ nunc ſolum madefaciunt, atque irrigant, deducta ſunt è Græcorum ſcaturigine fluenta. Græcanicis luminibus, velut inſperſà ſcobe, Tullius libros illuſtrauit ſuos. Tuſculanum eius Gymnaſium, *Lycæi* ſpeciem referens delineaui. Luculli Peripateticas inambulationes Plutarchus expreſſit. Καὶ τῶν περὶ αὐτὰς περιπάτων καὶ σχολαστηρίων ἀκωλύτως ὑποδεχομένων τοὺς Ἕλληνας, ὥσπερ εἰς μουσῶν τι καταγώγιον. Πολλάκις δὲ, καὶ συνεσχόλαζεν αὐτοῖς ἐμβάλλων εἰς τοὺς περιπάτους τοῖς φιλολόγοις, καὶ πολιτικοῖς. *In adiecta ambulacra, ſcholaſque recipiebantur Græci, uelut ad Muſarum hoſpitium diuertentes. Ingrediebatur ſubindè ipſe Peripatos, & cum Philologis, ac Politicis conferebat.* Maro dictus Homeri ſimia. At malo titulo perperàm tantus Poeta appellatus. Modeſtius dixerim ipſum in arte Prototypà luſiſſe; Homerum imitatum. Poetæ omnes Itali ad Græcam canunt lyram. Atticûq; carmen, aut imitantur, aut æmulantur. Quod ſi in præſentiarum Italica ſtudia, atque Academias ſcire cupis; Calent adhùc Aprutij, Iapygiæ, & Dauniæ tractus, Pythagoricis conuētibus olim efferueſcentes; ecquas nutriant quotidie

tidie Laureas,neminem fugit. Innumera vbiq; Gymnaſia excoluntur. Priuatarum Academiarum curioſa, ac Polyonyma varietas ampliſſima,quæ in dies augeſcit. Felix Campania campis,felicior ingenijs,litterariæ pompæ oſtentatrix ſedula; nulli ſecunda. Parthenopæa Gymnaſia inſignioribus ſcientiis ſuffulciuntur; humanioribus adornatum nitent Quot Poetarũ carmina mollis Sebetus præterfluẽs inſuſurrat? Suorum non cõtenta Parthenope, rapuit è Tuſculanis Tullium,à Mantuà Maronem. Solers ocioſorum Academia (reliquas breuitati indulgens lubenter omitto) quibus Pallados Numẽ hæc ocia fecit,expolit in dies,ſi quà pallent ferrugine Academicos ſuos. Horum modulatu illa Sirenũm littora geminatis concentibus inſonuere. Celebriores Hetruſci carminis Poetas, hæc Academia dedit. Cuius Muſagetes illuſtr. Io. Baptiſta Manzo Marchio Villæ, calcare adhibito ociantes extimulat, currenteſq; obuijs plauſibus excipit, comiteſq; amplexatur. Gymnaſia,quæ Picenum,Flaminia, & Latium habet ſuperuacaneum cenſeo recenſere. Roma tota vna Academià eſt, exterarum quoque Gentium confluuium,compendiumque. Collegia nedũm Academicos,vocant, ſed Aulæ ipſæ. Palatiorum Porticus Stoæ ſunt philoſo-

phantium. Romæ laus nõ incredibilis eſt, promiſcuè ciuium, atq; alienorum efflorеſcere ſtudijs, exteris opibus cumulari; deriuatiſq; ab vniuerſo fermè orbe fluminibus, ſuum Tiberim increbreſcere. Eſto, non omnes pariat ipſa, certè omnes alibi partas opes, trahit, fouet, conſeruat ipſa. Suis aduentitijſque diuitijs gloriatur, quas ſuomet ſplendore, ac labore coegit, collegit. Eſto: Spes lucri, dignitatum cupedo, Fortunæ illicia, Sapientes ineſcatos Romam trahant; vnum mihi non inficiandum reor, Sapientum ſelectiorum Arcolam eam eſſe.

Thuſcia vernaculo Idiomate graui, ac diſertiſſimo, plurimùm accepta. Olitores ſuos agreſtis Muſa Poetas non iniucundos facit. Quaq; villulæ ſparsìm diſſeminatę, totidem habẽt permeſſos. Quaq; conuentus Aganippæi ad exercitium litterarium viſuntur. Naſcuntur ad Philoſophiam indigenæ, obſtetricantibus Camœnis, ipſoq; Genio inſtruente. Florentia Ducum ſedes, fuit etiàm Academicorum. Nulla natio ad profundam contemplationem aptior, procliuiorq;. Grauioribus inſtitutis imbuta, etiàm curioſis inuigilat, nec ſolùm maturandis fructibus, ſed cortici abradendo. Teſtis vna Academia Cruſca vulgò appellata.

*Brut. lib. 8. Hiſt. Flor.*

Gallia Ciſpadana, Aurelia olìm, & Tranſpadana

dana, queis non virent, non vernant ingenijs? Quandò bellicis obſurduere mugitibus Muſæ? Nunquàm inter Martios ſaltus, Apollinis choreæ deſtitere. Nunquam litteras arma contruſere. Contentioſæ Mediolani ſollicitudines, ſpeculantium ſolitudines haud quaquàm detur bauere. Quàm celebris, ſtupido notata ſupercilio, indice mõſtrata Bononia? Eiuſq; Academia Theodoſij iunioris, ac Lotharij priuilegijs aucta? Studiorum prouentus, quàm copioſus? Quàm vber Autumnus? Quam multa maturã ſeges? Sitientum Academia ſuo fonte Caſtalio inſignita ſitientes, ac ſciendi cupidos largo ſaturauit hauſtu. Patauinum Gymnaſium, quod à Friderico Imp. initia auſpicatò accepit, hàc noſtrà ætate, auditorum numero, ac Profeſſorũ ſelectu longè alia ſuperat. E finitimis, ac remotioribus plagis, gregatim ſtudioſa iuuentus accurrit. Alpinæ glacies, flagrantibus adoleſcentulis, haud impedimento ſunt; quin eorum veſtigijs liqueſcunt, & vltrò Patauium versùs aperiunt iter. Quàm docta, quàm ſcita cohors Patauio profecta? Et quò terrarum appulſa, quales opulentæ ſapientiæ merces ſuppeditauit, exportauit? Conſtantes animoſi, qui etiam Muſicos excipiunt altercantes, quantà in dies cognitione proficiunt? Quippe qui, aureo vellere di

tes, audaceſq; vndantes quæſtionum campos
*Seb.* feliciter tranant. *Ipſe* Patauium, Bononiam-
*Mon* que Italiæ totius ſuggrundia appello, quibus
*te. de* eminentiſſimis veluti è locis, collecti ſcientia-
*patr.* rum imbres effunduntur abundè.

*pot.* Venetias adi paludem Heliconiam conſpi-
*T.* 8. cies, inque eà accinentes Muſas, ſympho-
*n.*131 noſque olores; adnatantes Erotas, Camœnis admixtos, Caliæque pæana recitantes. Singuli ſeſe humanę litteraturæ deuouere. Suo Neptuno ſociatur Hermes; inſignibus etiàm mutuatis viciſsìm, hic tridente pollet, ille caducæo. Academica Liguriæ tripudia notiſſima ſunt, quibus etiàm marinæ rupes tinnulæ. Philarmonicos ingenioſæ Veronæ conuentus percurre, gratumque omninò inſonantes, Vicentina Muſæa ſensìm perluſtra, omniaque oppida, vrbes, viculos; quaque Errantis Academiæ veſtigia, ac Græcæ ſapientiæ volaticæ monumenta comperies. Plurìmùm ego defatigarer, atque ad laſſitudinem perducerer ſi vniuerſa ſingulatim peragrarem: Satis eſt. Siſto.

SI

# CAPVT VI.

## Sylloge.

*Academia primo appulſu in Siciliam perrexit. Prima litterarum cognitio à Phœnicibus habita. Scientię omnes à Gręcis exportatę. Sicilia tota Graca facta eſt. Gręci aduenæ quis Siceliotę, & Siculi. Sicilia magna Gręcia dicta. Numina Academica in Siciliam delata. Omniſcij è Siculâ terrâ. Telluris amęnitas, ac prodigia Philoſophos pellexere. Muſa Siculorum illaborata. Poeticus impetus. Commentitia poetarum, in Sicaniâ, & propè Sicaniam. Panhormus Academica. Meſſanenſes Academici. Syracuſia reliquię Academicę. Catanę. Drepanum. Enna. Philoſophiana ora.*

ERrabunda illa Athenarum Academia, primo occurſu Siciliam Inſulam, Italiæ appendicem impegit. E proximis Græciæ littoribus turmatìm Attici Sapientes in illam fluebant; ac tuto commercio commeabant, diuerſabantur; feciali Fluuio iura firmante. Verùm quidèm, haud inficior litterarum cognitionem Phœnicum appulſu in hàc Inſulâ obortam (cum anteà immanes Cyclopas, Lęſtrigonaſq; exceperit, barbaroſque prorsùs aduenas;) at

at temporis decurſu Ionibus, Dorienſibus, Phocicis, Atticis, Chalcidenſibus, Meſſenijs illò accurrentibus, ac totâ Inſulâ Helleniſmum inſonante, maximũ rerum notitia incrementum accepit. Atquì, inquit Solinus, *Poſt Siculum Neptuni filium, in Siciliam plurimi Corinthiorum, Argiuorum, Ilienſium, Dorienſium, Cretenſium confluxerunt.* Cumq; ijs profectò Scientiæ, Facultateſque omnes. Priuſquàm Tiberi cæderet Alpheus, indiſcriminatìm degebant cum Siculis barbaris Græci. Et Inſulâ totâ Græcâ factâ nihil penè eà tẽpeſtate inter Siceliotas, & Siculos differebat. Teſte Thucydide, Stephano, atq; Strabone: huius ſolùm verba tranſcribo. *Adeò Græcorum creuit potentia, ut Prouinciam Italiæ,* hanc Neapolitanam intellige, Μεγάλην Ἑλλάδα ταύτην ἔλεγον, καὶ τὴν Σικελίαν. *Et Siciliam, Magnæ Græciæ nomine appellarent.* Homericus Vlyſſes, non Siciliam, ſed Græcam Terram cenſuit, hæc ad Cyclopem effatus:

*Thuc lib. 6.*
*St. l. 6*
*Euripides*

Γῆς γὰρ Ἑλλάδος μυχούς.

Οἰκοῦσ' ὑπ' Αἴτνῃ τῇ πυριστάκτῳ πέτρᾳ.

*Terræ enim Græcæ penetralia*
*Incolis, ſub Ætnâ igniſluà petrâ.*

Tunc tẽporis, aut Tyrãnide, aut Ariſtocratiâ, ſeu Democratiâ Reſpulica Siciliæ agebat, non.

dùm

dùm adſueta ferre Monarchas. Exìn etiàm ſtudiorũ, ac profeſſorũ varietas ortũ duxit. Numina ipſa Athenienſis Academiæ tutelaria, ad eã inuiſendam non ſemel, ſed iterùm perrexere, cum peregrinante Academià peregrina. Ennam luſtrauit Minerua, oraſque maritimas Hermes, à quo Mercurij promontorium auſpicium, nomenque retinuit. Sicelides Muſæ ſuũ habuere in hàc Solis Inſula Permeſſum.

Ecquam dedit prolem omniſcia tellus Sicula? Quot ſuo fouit calore ingenia? Quot illuſtres ſubmiſit Philoſophos, Mathematicos, Medicos? Omnium fermè ſcientiarum coronides à cætero orbe inſula iſthæc inſpectandas erexit. Loca ipſa, quæ totam Phœbo ſacram, ac pergratam fecere, Philoſophantibus opportuna. Panhormæa vernantis Pomonæ periſtromata, Himerenſes cliui, Meſſanenſium aulæa varia, diſcoloris Hiblæ, ac mellitæ tapetes, agri Leontini, qui Herculeos occupauere ſuà pulcritudine oculos, Ennę florentis, Ætnæ vernantis amęniſſimi tractùs, quos delitiarum paradiſos contemplantibus, aperiunt? Quam gratas Nemorum vmbras nõ ad horrorem, ſed ornatum inſpicias? Nulla hic flumina luto decurrunt ſordida, ſed quæ agitata etiàm ſpeculum præbent. Arcana Terræ Sicanæ miracula, qualibus

men.

menres ſtimulis laceſſunt? Prodigioſi montes, prodigioſiſſimi fontes, reciprocantes paludes, flexuoſi Maris Euripi, penitiſſimę virtutis plantæ innumeræ anſam ſpeculationibus præſtare. Aeris ipſa ſerenitas, rarò turbida ad ſiderũ ſpectaculum, etiam vulgares inuitat. Poeſis Sicilię cognata. Indigenis illa ſuis ὁρμὴν πυρὸς Igneũ impetum, ac feruorem impreſſit. Illaborata Siculorum Muſa, non illepida, ſpontè fluit, ſcitque indociles vias percurrere. Mille in dies eructant carmina; ſed quæ vernaculo idiomate, Ætnæo feruẽt incendio, vernantq; flore. Flãmas violà, ac roſà conueſtiunt. Poetica amantium vota ſuſpirijs Lybicum cient, ſuauitate ſaccharum inſtillant. Commentitiæ fabellæ, colorata inuolucra, quibus ceu fucis, atque ornamẽtis verſus omnes inſperguntur, plurima in Trinacria ſunt, aut propè. Nullum in eà, vel ſcopulum videas, abſq; Græcanico fuco : nullum littus, abſq; Græco ſale. Circumſpice: en tibi. Alphæi amores, obliquam Arethuſæ fugam; primos Herculeæ Deitatis honores, Dianæ fontem, mira Dædali opera, atque artificia, Ænææ tempeſtates, Anchyſes parentalia, Cereris faces Ætnæo è cratere accenſas, Solarium ſtabula ſonipedum, Errores Vlyſſæos, Æoli caua ſaxa, ac ventoſa palatia. Ventorum carceres

Vul-

Vulcaniam fornacem, Ephæſtias officinas, inſulas, montem Templum, Calypſus Nymphę domicilium, Geryonis boues ab Alcide exportatos, Inferorum fores, Brontis focum, Cereris templum, atque falcem è cælo deciduam; Triptolemi currus, Immortalitatis fornacem, Ennæ cuniculos, Proſerpinæ raptum, Plutonici limites imperij, Inferum lacum, Cyclopum caulas, atque aulas, Aquilam Iouis adminiſtram, Vertumni ſedem, Scyllæ & Caribdis ingluuiem. Typhonis, & Enceladi ſagittas, Typhoei ſedem, Neptuni ſpeculum, montem, tridentem, Stagnum Dianæ, Palicorum fontem, ac paludem, Crateres Palicorum fratres ebullientes, Thaliæ, cum Ioue congreſſus, ac partum, Tres Cyclopum ſcopulos, Polyphemi contubernium, Specum Plutoniam, Nympharum lucum, Daphnis ex Mercurio, & Nymphà ortum, Matrem Idæam, Læſtrigonios campos, Iunonios montes, ac Fanum, Hecates ſceptra, atque ſpectra, Apollinis oraculum, Iouis togam à Proſerpinà Dianà, ac Mineruà, ex Ennæ floribus contextam, Cyanes fontem, & centum alia.

Gymnaſia, & Academiæ cōplures publicæ, priuatæque iàm nunc per totam fermè Siciliā

Z pa-

patent. Nullibi magis variegatam, quàm inibi inſpectabis, Pallados pallam : Siculum traijce fretum, maritimum littus circumnauigà, videbis tecum circumnantes Camœnas, Nymphaſque Sicelides. Cephalędium, Himeram, Drepanum, Megaram, Mylas percurre, nõ deerũt innumeri, qui ſeſe obijcient, *Philoſophi*, atq; Academici : Mediterraneas plagas perluſtra; *Leontinos*, Agrigentum, Tauromenium, atq; oras *Philoſophianas*, paſsim Hermetis, ac Philologiæ adnotabis, veſtigia. Muſæa centum, centumque Lycæa habebis obuia: Panhormus πᾶν ὅρμος Hortus Acedemicus tota eſt. Suus nõ cædit mons Erctæ Permeſſo, non Orethus Caſtalio, non Hippocrene cędit Eleutherus, nec ſuæ Morijs oleæ. Prata cliuos, villulas, Poetarũ ſuſpirijs magis afflatas videas, quàm Ventorũ flatibus; magiſque cupientium vocis, carminibuſque, quàm fluminum ſuſurris. Gens Panhormæa ſpeculationibus idonea, acuta, ingenioſa, docilis. Ad plura ſimul addiſcenda non ſemel applicita; pluresſque inſequens Lepores omnes adſequitur. Æſtuat initio, quod ſi tepeſcit, aliquandò, etiàm pro libito feruet. Genio quidèm ad omnia prompto, ac ſollicito. Huius Vrbis ſimulacrum videre eſt, eiuſque tempora coronata ſerto, ſeu Laureà ſapientibus paratà. Anti-

quum

quum etiam Panhormi Numiſma, ſeu Toreuma D. Carolus à Vigintimillijs Vir omnis litteraturæ, præcipuè Mathematices peritiſſimus obtulit inſpiciendum; in quo ære fuſo Vrbis inſignia ſunt Pallados, ac Gorgonis caput; queis ſapientia Theorica, atque Politica exprimuntur. Reaccenſorum Academia, Proregum tutelà, & auſpicio inter primas adoptanda, Quæ olìm hoſpita Palatij, iam nunc in Ædibus S. Ioſeph. Cler. Reg. ſtatuit ſedem. Veſtæ matris ignem ſeruat immortalem, quem ſi extingui contigerit, mox iterùm cernimus reaccendi. Sopita iacet aliquādò, at ſine fomite, atq; algens nunquàm. Eam ſi vel minimo excites flatu

*Viuet, & ex minimo maximus ignis erit.*

Suum ipſa æmulatur Ætnam, qui ſi interdiù, euaporat, ardet noctu flammeus. Hæc eſt ara ſemper incenſa, quæ gelidos calefacit, animatque, ſpiritumque tepentem denuò ad incendium ſuſcitat. Panhormæi Academici hęc natura eſt, hic mos; ocians videbatur, extemplo feruet, expumat, atque implacidà fertur mente. Arebat, ſilebat, mox totum alloquitur Hymettum. Meſſanam πολυτέχνη, καὶ πανσοφία, *Multiplex ars, omniſque ſapientia*, ceu variam Pinacothecam exornāt. Oppidum hoc Meſſeniorum aduentu, Academiam excepit;

quam ad hæc vſquè tempora pernox ſequitur, obſequiturque perdium. Ingeniorum Exquilias Meſſanæ inuenies, ac Philoſophantium Autumnum. Iuuentus litteris initiata, nunquam dediſcit. Gens boni tenax, mordicùs tuet, ſi indipiſcat ſemel. Speculationi vehementer addicta, validius addiſcit. Facultatum, Scientiarumq; communicationes in hac vrbe vigent maximè, vbi maior eſt animorum vnio, atque communio. Lex eius abrogata nunquàm, rata, conſtans, Reipublicæ bonum viciſſim mutuari, ac prò viri'i parte integerrimum tueri. Penitiſſimos receſſus oculis Meſſanenſium Natura ipſa obiecit, nè ſinat eos à ſtudijs feriari. Scyllæi vortices, ac Neptuni Tridens eos ociari non ferunt. Inibi omnis portenti ærarium eſt, difficilibus inuolucris obſignatum. Publicum Gymnaſium celebre, publiciſque floret honoribus. Nec priuatæ deſunt Academiæ, in quibus ſuas agunt ſciendi cupidi Synaxeis.

Syracuſiæ reliquiæ, adhùc ſciendi cupiditate feruent. Indigenæ verè Academici, carmine ſuperbientes natiuo. Eructant inter vagitus carmina, & cum lacte nutricis hauriunt, Aſcræi fontis Latices. Plectro cogunt Muſas, mille irretiunt Sophiam iocis, varijs adlinunt fucis, ac leporibus centùm adulantur. Vrbs Catanenſis

Æt-

Digitized by Google

Ætnæ viciniâ non ignobilis, Imperialibus priuilegijs aucta, Laurearumque diſpenſatrix, quas è ſuo Apollineo Nemore decerpit. Propè igneas, ſcaturigines ſuæ adſidunt, tripudiantq; Camœnæ. Catanenſium ingeniorum fluenta flammea, quorum hauſtu ardentia promunt eloquia; nec citrà igneum furorem Poetæ fiunt.

Supereſſet peregrinam, errantemque Academiam per vniuerſum orbem inſequi. Scio quidèm id laboris quoſdam ſubijſſe, præcipuè Middendorpium, qui omnium Academiarum inſtituta, ac priuilegia faſce collegit. Ipſe ad meum collineabo ſcopum, Academiarum externarum, atque Academiæ, hoſpitantis, & peregrinæ ſelectiora, ac digniora monumenta altera opellà complectar.

Nullum hoc priuilegio maius eſt, ſi quis lenis, atque ſapientiſſimi *Præceptoris* auditor fuerit. Profeſſoris benemeriti plauſus, in ſuos redūdat alumnos auditores. Alexander ſuum iactabat Stagiritam, ſuum quoq; Stagirita Platonem, & Socratem Plato. Primus omnium *Pythago*ras, vti prodidit Hugo Victorinus, ſtudium ſapientiæ Philoſophiam nuncupauit, maluitque Philoſophus, quàm ſophos dici, cum anteà ſophi, ideſt ſapientes vocarentur. Pulcrè, & modeſtè quidem inquiſitores veritatis non ſapientes, ſed amatores ſapiētiæ appellabat; quia adeò omne verum latet, vt eius amore, quantumlibet mens ardeat, quantumlibet ad eius inquiſitionem adſurgat, difficilè tamèn ipſam, vt eſt veritatem comprehendere poteſt. Quiq; ad Philoſophiæ conſcenderat ſupercilium, vt refert de eo Iamblichus. Ἄξιον ἡγεῖτο ἑαυτὸν ἡμεῖν θάνειν *dignum ſe doceri reputabat*. Suos ille diſcipulos; qui turmatim confluebant ἀκουσματικοὺς *Auditores*, intèr cortinam auſcultantes appellari voluit; ſuaſque theorias ἀκούσματα *Auditiones*, quas tamquam θεῖα δόγματα *diuina oracula* auſcultarent, attenderent. Idem auctor de illo ſcripſit. Σιωπηλοὺς εἶναι καὶ ἀκουστικοὺς, καὶ ἐπαινεῖσθαι παρ' αὐτοῖς τὸν δυνάμενον ἀκοῦσαι. *Taciturnos eſſe, & auditores voluit ſuæ doctrinæ ſequaces: atq; apud illum re-* c.6. c.30.

cent

*cenſeri eos, qui poſſent auditionem inuigilauiſſe.*

Quin etiàm Abaris ille ſacerdos Apollinis, qui ex Hyperboręis venit, ferè ſenex ànnis, auditor fuit Pythagoræ, vt quęcumq; ad munus ſacerdotale pertinerent, ab Græcià ad ſuos reuerſurus apùd Hyperboreos locuplete prædà reportaret. Sapiens, atque Acàdemicus cumulatè celebratur ſi φιλήκοος *Audiendi cupidus*, *atq; ſtudioſus*; vocitetur. *P*lutarchus in Sympoſio φιλήκοον Νεανίσκον *Adoleſcentem audiendi curioſum voluit eſſe*. Philoſtratus, Iuuenem hoſpitis cuiuſdam filium decimum agentem annum laudat quod φιλήκοος, καὶ χαίρων τῷ μανθάνειν, *audiendi ſtudioſus fuerit, & diſciplinarum cupidus*. Heraclitus Philoſophus, à Clemente Alex. adductus quoſdam audire neſcientes, nec dicere deſpiciebat; adiutus (ait Clemens) à Salomone dicente: *ſi fueris* φιλήκοος, *atque audire dilexeris; ſuſcipies; & ſi inclinaueris aurem tuam eris ſapiens*. Ariſteas à Philocrato interrogatus quà ratione poſſet, quis eſſe φιλήκοος?

*Lib. 1.*
*lib. 1. Iconũ*
*lib. 2. Strom*

Reſpõdit: ἀπολαμβάνων ὅτι πάντα συμφέρει γινώσκειν, ὅπως ἂν πρὸς τὰ συμβαίνοντα ἐκλεγόμενος τι τῶν ἠκροαμένων ἀντιποτιθοίη πρὸς τὰ τῶν καιρῶν ἀντιπράσσεται. *Si exiſtimauerit omnia cognoſcere plurimùm conferre; ad hòc ut ex auditis aliquid ſeligat, & opportuno promat tempore, atque ad praxim diſponat*. Atquì ait.

Sanctiſſimus Pater Syrus in cantico ad Sapientiæ laudem compoſito, Gerardo Voſſio interprete. *Largire ò Deus doctrinam amanti doctrinam. Amanti autem doctrinam, multa concedetur doctrina.*

Audire prò diſcere, pcipere, pdiſcere vſurpatũ. Ἀκούειν, quoq; diſciplinis imbui eſt, atq; diſcipulũ eſſe. Ἀναξιμένης ait de Anaximene Laertius, ἤκουσεν Ἀναξίμανδρον *Anaximandrum adijt audiuit.* Celeberrimi omnium Philoſophorum primates. Ægypti, Chaldææ, Indorum, Æthyopum, Phęnicum, atque oris Iudęorum perluſtratis, prius ſe ſe auditores, quam doctores præbuere.

Diuiniſſimè Dauidicus Pſaltes cecinit, Deũ נטע אזנים Natangh oznaim *aurem plantaſſe.* Tropicè. Hoc eſt Aurem ad audiendum aptam reddidiſſe. Seu ĩ aure ſua eloquia inſeruiſſe, inſeuiſſe. Iſque idem eſt, Epiſcopo ad lyram canente Syneſio, qui

Ἐξ ὀχετᾶν ὑψιφορήτων
ἀδῖσιν, σοφίας νόω κατάρδων.

*De riuis excelſis,*
*Sapientia partubus mentem irrigat.*

Doctoris ſermo roſcidus, eloquiumq; fluens erumpentem ſapientiam irrigat, per aurim inciles infuſam: ac tenellos auditorum con-

ceptus auditionum imbribus irrorat ad incrementum.

Quò ſapiens quiſque fuerit, eò cupidus audiendi, atq; addiſcendi euadit. Non tument colla ſapientum, nec riget ceruix, dum intrà ſe neſcio, quid cornicantur, vel ſtupidis in terram oculis turgida, atq; inflata verba trutinare videntur. Socrates id de ſe vnum prædicabat, ſcire nimirum quod ignoraret. Quandò & adſtruit Salomon cũctas res difficiles, ac ſermone inexplicabiles. Et alius diuini vir ſpiritus, abſconditam eſſe profatur ſapientiam, & intelligentiæ locum ab cunctorum oculis viuentium. Quin & ſcientiæ profundæ Ariſtoteles, eiuſmodi nobis difficultates oboriri ſcribit, in Naturæ manifeſtiſſimis, quæ Nycticoraci offunduntur Solem inſpectare tentanti. Hinc eruditorum nobilis illa eſt cõiectatio, quod ſcire expetant omnes, nec fruſtrà omninò eſſe appetitus queat, deſiderare quemque, vt ſe ignorare ſciat. Hæc ex Cælio decerpſi.

*lib. 4. c. 25. antiq lect.*

Illud idem ſuadet Bernardus: *Plus, diligas audire quam audiri.* Itemq; Plinius Iunior, in Epiſtolà, quam ad Pompeium Baſſum miſit, hæc de quodam ſcribit. *Gaudebam quod multa diſputaret, multa audiret, multa lectitaret; cumque plurimùm ſciret, quotidie tamen, aliquid addiſceret.* Et cũ Nazianzeno: *Ità naturà comparata eſt hominum*

*punc. 7. ſpirit. doctr. lib. 4. ep. 23*

ra.

*ratio, vt inexplebilis ſit, & audiendi,& loquendi* *orat.*
*vis.* Nunquam ad ſatietatem ſapit homo. Ingu- *53.*
uies, atq; cupido ſciendi, quę ipſum chaos, & ſpatia illa Exocoſmica abſorbere ſatagit, fortaſſis primis rerum, ac facultatũ rudimentis quieſcet? E porticu in veſtibulũ, inq; adytum ipſum Naturæ, occluſum remotũq; audacter nititur; & quò magis audierit, eò fortius inualeſcit, vt penitiora quoq; audiat. Audientium perfectorum cupiditatem admiratus Auguſtinus. *Auiditatem,* dicebat, *veſtram tantam video, vt ſemper* *in ps.* *103.* *parati ſitis audire.* Recolo Solonis ſententiam à Terentiano Demeà relatam. *Nũquàm ità quiſquã bene ſubductà rõne ad vitã fuit; Q. in res, ætas, vſus ſemper aliquid adportet noui.* Semper aliquid noui, atq; inuſitati fert Naturæ ſtudium. Huic Oceano nulla promõtoria, nullę occurrunt columnæ. Doctrinarũ alimentis in dies viget animus, atque ſinè termino augetur. Philoſophiam iurè Zenophon Ἐγκυκλοπαιδείαν *circularem appellauit diſciplinam.* Circularis eſt in gyrũ agitur ſempiternũ, nullo termino clauditur, ad *Iliad.* quem tandèm in terris degens, peruenire poſ- *I.* ſit homo. Accipe *H*omerum:

Ἐγὼ δ' ἔτι νήπιος ἦα
Νῦν δ' ὅτε δὴ μέγας εἰμὶ, καὶ ἄλλων μῦθον ἀκούων,
Πυνθάνομαι, καὶ δὴ μοι ἀέξεται ἔνδοθι θύμος
Παλαιά τε, καὶ πολλὰ εἰδώς.

*Eram adhuc puer, aſt vbi iam ſum*
*Grandior, & reddit me aliorum oratio doctum,*
*Ipſeq; grandeſcit mi animus,*
*Antiqua & multa explico noſcens.*

Quantà ſuauitate replerentur, ac delectatione Iamblici auditores refert Eunapius in eius vità. Οἱ δ' ἀληθῶς ἔχοντες, καὶ ἀκορέστως τῆς ἀπολαύσεως ἐνεώχουν αὐτοῦ συνεχῶς, καὶ προστησάμενοι γε τοὺς ἀξίους λόγου πρὸς αὐτὸν ἔφασκον· τί δῆτα μόνος ὦ διδάσκαλε θειότατε καθ' ἑαυτὸν τινὰ πράττεις, οὐ μεταδιδοὺς τῆς τελεωτέρας σοφίας ἡμῖν;

*Qui vero indefeſſo eius audiendi ſtudio ardebant, neque ſatietatem eiuſce voluptatis capere poterant, aſſidui illi erant conuiuæ, & productis in medium, qui cæteros antecellebant, his eum compellabant verbis. Quid ità ſolus, Diuiniſſime præceptor ſeorsùm agitas? Neque de abſolutà tuà ſapientià nobis quidquam impertis? &c.*

lib. 7. de rep. Plato, Philoſophiam eſſe πολυμαθίαν *plurium rerum addiſcentiam docet*. Vndè ſubdit Eraſmus: Viro prudenti res quamplurimas audiendas eſſe. Auritum non Polyglotton eſſe Academicũ iuuat. Vulgare Græcanicum Zenodoti Adagium.

Ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος.

*Eum audi qui quatuor habet aures.*

Apud Lacedæmones Apollinis ſimulacrũ,

qua-

quatuor aures habuiſſe, refert Ariſtophanes
Grammaticus: Ad ſapientem refero, qui vti
Harpocrates mutus, & elinguis totus, auritus
tamen, atque oculatus eſt.

Audi mortalium Sapientiſſimum. *Audiens ſa-
piens ſapientior erit.* Ἀκούσας σοφὸς σοφώτερος ἔσται. Pa- pou.
raphraſis Bedæ ea eſt. *Audiet ſapiens minor* 1.
*maiorem.* Oſtendit neminem in hac vita ita ſa-
pientem fieri poſſe, cuius ſapientia nequeat
augeri. Semperque moris eſſe Sapientum, vt
dictis maiorum, & aliquandò minorum au-
ſcultent. Adſtipulatur Rodulphus Baynus.
*Nemo vſque adeò ſapiens eſt, vt ſapientior eſſe nō
poſſit audiēdo, imò quantò quis ſapientior fuerit; tan-
tò paratior ad audiendum eſſe ſolet.* Hebraicus tex-
tus habet: ישמע חכם ויסף לקח *Audiet ſapiens, &
addet doctrinam.* Lumen lumini congeſtum,
ſidus creat. Lucis intenſioris radius, quem lu-
cis emphaſin ἄλω, atque abundantiam vocant,
Lunam redimit. Sapientiæ doctrina ſuperaddi
ta eius ornamentum, & parergon eſt; ac maio-
ris notitiæ appendix. Quis ſapiens eſt, ait, Filius
Zomà, inter Hebræorum ſapientes celeberri-
mus? הלמד מכל-אדם *Halomed michol Adam. Qui di-
ſcit ab omni homine.*

Sapientibus intereſſe, eorumque ſententias ani
mo percolere, illis ſæpè adſociari, illos audire,

eſt ſapientem eſſe ità cecinit **Menander**:

Σοφία γάρ' ἐστι καὶ μαθεῖν ὃ μὴ νοεῖς,
Σοφοῦ γάρ' ἀνδρὸς χρὴ σοφοῦ τε μανθάνειν.
Σοφοῖς ὁμιλῶν κ' αὐτὸς ἐκβήσῃ σοφός.

*Diſcere quod neſcis, id ſapientia eſt.*
*Sapiente ſapiens aliquid à viro accipe.*
*Sapiens eris ſapientibus ſæpè adſidens.*

Ne verecundetur ſenex auditor fieri; neč pudeat eũ, qui in roſtris, atq; cathedris ad ſenectã vſq; omniũ acclamatione, & plauſu artes omnes profeſſus eſt, nõ pudeat inquam in imò ſubſellio Iuuenem audire. Sublimiori quidèm laude ſcenam agèt auditoris, quàm egerit doctoris. Pelagus ipſum, vaſto, ac profundo gurgite purpureum, ampliſſimiſq; oris circumdatum, torrentium, atque fluminum minores aquas non dedignatur, quin obuijs hoſpitatur vlnis, inque ſuo ſinu colligit. Immenſa vndarum moles, inſtillantia fluenta non reſpuit. Ecqui Intelligentijs ſpiritualibus ſeniores? At illi viciſsim illuminari ſatagunt. Quis annoſo inueteratior Saturno? Quid antiquius ipſo die, qui cum mundo condito σύγχρον ἐς, eodem partu euixit? Et tamèn, vt Publius ſenario luſit,

*Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.*

Et

Et Regiꝰ Prophetes יום ליום יביע אמר ולילה ללילה יחוה רעה. *Iom leiomiabbiangh omer. velailah lelailah iechaueh danghah. Dies diei eructabit eloquiũ, & nox nocti ſcientiam oſtendet.* pſ. 18

Γηράσκω (dicebat Solon, vnum è ſeptem Sapientiæ miraculis) ἀεὶ πολλὰ διδασκόμενος. *Senesco ſemper aliquid addiſcens*: Et Menander, ſeu ille ſit Æſchylus apud Stob. ſerm. 29.

Καλὸν δὲ καὶ γέροντι μανθάνειν σοφά.

*Eſt diſcere perhoneſta res ſenis quoque.*

Admirare quoeſo ſapientiſſimum omnium, ipſamque Sapientiá in humanitatis exuuio latitantem, quæ diuino omnia perluſtrabat intuitu Hęc Hypoſtaticè cũ noſtri hominis, naturâ indiſſolubili cõiũctione colligata, Beato ſimul, ac ſupernè infuſo lumine, res omnes arcanas futuras, ac diuinæ omnipotentiæ ſubditas clariſſimo cognoſcebat obtutu. Ille igitur Homo Deus, primæ ac tenellæ ætatis compleuerat dies, cum inter Doctores humani diſcurſus auditor, querulis parentibus, ac dolentibus nimiùm, innotuit. Iure meritò exclamat Auguſtinus: *Illa ætas venit in mentem, quæ nobis commendatur, & innotuit ex Euangelio, quà ætate pueri li inter maiores ætate, iunior inter ſeniores ſedebas, & ſuper oẽs docentes ſe intelligebat.* O ſuperbiſſimũ terrenę, atq; inflatę ſapientiæ faſtũ, audire cõtẽnẽtis, audiri cõtendentis. Phalaris Siciliæ Tyrã- in pſ. 118.

nus

nus ad Abaridem Hyperboreorum ſacerdo-tem ſcribens, potiſſimam eius attingit laudem: Πυνθάνομαί σε χάριν ὁμιλίας ἀνδρῶν ἐπιφανῶν ἐξ ὑπερβορέων εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀφῖχθαι τόπους. Πυθαγόρᾳ μὲν ἐν τῷ φιλοσόφῳ, καὶ Στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ, καὶ τισιν ἄλλοις τῶν ἐλλογίμων Ἑλλήνων συμμεμιχέναι, καὶ πολλὰ παρ' αὐτῶν προσμεμαθηκέναι: ζητεῖν δὲ καὶ πλειόνων ἱστορίας, χάριν ὧν ἐκεῖσε ἐντυχεῖν. *Accipio te ob conuerſationem cum illuſtribus viris, ex Hyperboreis in loca noſtra veniſſe, & cũ Pythagorà Steſichoro Poetà, cũq; alijs quibuſdam præclaris gentibus conuerſatum, multaq; ab illis addidiciſſe: quærere autem, & cum alijs quibuſdam congredi, ob rerum hiſtoriam quas ignoras.* Habes ſummã præclariſſimi Sacerdotis iam ſenio cõfecti laudẽ fuiſſe, ſilicernio proximũ, addi icisse, quæ neſciebat. De Iuliano Eunapius tradit ĩ Maximi colloquiũ recepto, diſcedendũ ſibi nõ putaſſe, ſed eorũ more, qui à Dipſade morſi ſunt, τῆς διψάδος δηχθέντος, plenis faucibus auidè, & ſine reſpiratione diſciplinas haurire cõſtituiſſe. Idẽq; de Chryſanthio Ædeſij auditore ſubdit. Pergamũ cõtẽdẽs incidit in virũ, qui in tradẽda ſuâ doctrinâ adultior florebat, patulas ſiti fauces ſubijciens expleuit ſe, atq; ingurgitauit. Et de Ædeſio Iamblichũ audiẽte. Pendebat ex dicentis verbis, neque audiendi deſiderium explere poterat, è Cappadociâ in Syriam profectus.

# ACADEMICORVM SILENTIA.

## CAPVT II.

## Sylloge.

*PHiloſophicum ſilentium. Luſcinię, Siderum, Apum Noctis, calorum ſilentia Poetæ coaxantes à Caſtalio fonte ablegata. Noctuę Palladi ſacrę ſilentium. Cęli apſophi. Angelorum σιγῆς taciturnitas. Silentium Deo ſacrum. Numen Triops. Academici Sigalio Deo deuoti. Gymnaſiorum inſcriptiones apponendæ. Pythagoricum ſilentium quinquenne; ſeu per triennium. Echemythia. Sylentium philoſopiæ vertex. Silentij viæ. Oxyli ſpeculatores. Silentio ſcientijs litatur. Dei imitatores, atque æmuli taciti. Ægyptiorum myſteria inter ſilentia cõmunicata. Hirundinem ſub tecto habere inhibitum. Eius rei cauſſa. Hirundines loquaces ſtultæ. Muſæa Hirundinũ. Areopagiticum ſilentium. Tacita Angerona Harpocrates Academici ſilentij Numina. Arbos Perſea. Palladis ſilentiarij. Angerona d gito ad os admoto. Silentij bona. Tacita Siopea, & adoleſcentula quare dicta. Numęcũ Nymphà congreſſus. Silentium ſapientię comes. Philoſophi non abſquè ſilentio ſapienies. Silere eſt ſapientem eſſe: Sapientiæ lydius lapis, atque index uelum, ac ſepes taciturnitas. Annus ſilens. Tempus pede tacito, ac cito. Eadem origo ſilentij, & ſiluæ Charaſc Hebrais. Siluant Academici etiam taciti. Garruli ſophiſtę linguâ ſolum ſapiunt. Academiarum Cicadæ*



Digitized by Google

*Hirundines, Turtures; Arabici tibicines. Inſcitiores verboſi. Chius Caum canere non ſinens. Echo Telenicia Silua garrientium Dodonæa. Iupiter Dodonæus. Calamo non vocibus ſapientes confligunt. Paginarum, ac voluminum lingua. Antipater Stoicus Calamoboas cur dictus?*

NEmorũ receſſibus, ac Silentio, Muſis litatur. Decet oẽs ſilentium, ac linguę frænum inijcere, ſed maximè Philoſophos. Taciturnitatis Enchomia plures congeſſere. Ipſe Philoſophici ſilentij tantummodò laudes breui præſtringam, & excurram. Ab adiunctis Academico Silentium ſuadeo. Gymnaſiorum ſaltus à platearum confinio remoti ſilent, et leni tantiſpèr murmure garrientibus auris reſpondent. Nox tempeſtiua Studioſi cętus amica ore compreſſo & ſilenti, tacita mundi exploratrix Siderum turmas ordinatà vertigine tutò mouet. Abdita Muſæa, & ſeclulæ Gymnaſiorum fores; taciturnitatem hortantur. Aſpice quæſo Luſcinias, quæ ſemeſtri ſilentio animantur ad cantum. Apes tacitæ mella legunt; Veſpæ, quæ raptu viuunt ſtrepentes circumeunt. Clangit crocitatq; carniuorus Vultur, vbi contemplatrix Aquila in Silentio, & in ſpe ſolem ſuum meditatur. Clamoſus dies verbum eructat, nox ſi-

lens

lens ſcientiam indicat, & nutu capeſſit. Coaxantes poetæ à Caſtalidum fontibus eliminantur, ad quorum hauſtum, non niſi compreſſis peruenitur labijs. Noctua Palladi ſacra, quæ in ſuo nidulo totum diem ſilentio tranſigit, noctu, abſque murmure circumuolat. Cicada inſectorum inſipientiſſima, Permeſſijs ablegata limitibus, quia ſemper ſtridula, nec ſtata nouit tempora, tacendi, atque aggarriendi. Celerrimos orbes, quos dei oratores eſſe probauimus ἀψόφως *ſine ſtrepitu*, ac ſilentèr circumagi *Areopagi* Vertex adfirmat. Angelicarum acierum peculiarem στολὴν ſilentium, Synesius appoſuit; atque ipſum inprimis Τρίοπ *Ter oculatum* Numen; maximè omnium abditum, & occultatũ, ſibi ſilentium voluit ſacrari, quod peruigilio comite excubitoris munere perſungeretur, atque æternitatis arcana inuiolabili lege cuſtodiret. Academicus igitur Deo Sigalio ſe totum deuoueat, atque in Pharium ſe vertat Harpocratem Ægyptium. Eſto Gymnaſijs quibuſcumq; inſcriptio *TACE CAVE CONTEMPLARE.* ſeu illa *TER SILE.* Vellem profectò vias omnes quæ ad Gymnaſia ducunt Silentij vias appellari, vt Academicis illùc properantibus ſilentium ſuadeant. Eo nomine inſignitum tradit Pauſanias ĩ Heliacis, iter à Gymnaſio ad la-

*de dd. nn. 4.*

uicra, atq; ait olìm vocatum Σιωπῆς ὁδόν. Quod ab Oxylo ſpeculatores miſſi ad exploráda Eleorum conſilij, voce compreſsà propugnatorum ſermones ſubauſcultando excipientes, impunè ad Ætolos redierint. Ab hoc ſpeculatorum ſilentio viam nomen accepiſſe adfirmat ille. Deindè temporis decurſu athletarũ Gymnaſium illud Academicos excepit, quibus via ſilentij, Pythagoricũ ſilentium indicebat. Iurè igitur meritò à *P*latone Ariſtotele *P*ythagora Silentium auditoribus Academicis fuit indictũ, quos taciturnitate modeſtià, ſciendi cupidine initiatos volebant. In *P*ythagoræ Gymnaſio quinquennne aliquibus Silentium prçcipiebatur, nõnullis verò feruentioris ingenij per biennium, aut triennium. Eius ſectatores ἐχεμυθίας cauſà ſilentij, nullos guſtabant piſces, quos ſinè clamore pelagus incolere ſcimus. Accipe Tzetzes carmina.

Ὁ Πυθαγόρας κορυφὴν πάσης φιλοσοφίας,
Τὴν σιωπὴν ἐνόμιζε, καὶ τὸ κρατεῖν τῆς γλώττης·
Ὅθεν μετὰ συμπέρασμα πάσης φιλοσοφίας,
Καὶ τὸ σιγᾷν πενταετῶς ἐδίδασκε τοῖς μύσταις,
Κραχίσι κατορθωμένον εὑροτμήτοις ἄγαν.

*Pythagoras verticem totius Philoſophiæ,*
*Silentium nominauit, atq; coh·bere linguam.*
*Vndè poſt finem totius Philoſophiæ,*
*Et tacere quinquennio docuit initiatos myſtas.*

*Bre.*

*Breuibus quod rectum erudiens, & bene numeroſis adnodū m.*

Scientiarū auditores Myſtas, ceu ſacris initiatos appellant; vtriſq; enim ſacrū ſilentium commēdatur. Apuleius: *Sacris pluribus initiatus, noſti ſanctam ſilentij fidem.* lib. 3. Quarè inter Pythagoræ ſymbola illud recenſetur. *Linguam coercito Deum imitatus.* Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει θεῷ ἑπόμενος. Scitè explicat Iamblichus. πρῶτον γὰρ ἐστι σοφίας ἔργον, τὸ τὸν λόγον ἐπιστρέφειν εἰς ἑαυτὸν, καὶ ἐθίζειν μὴ ἔξω προϊέναι τελειοῦσθαι τε καθ' ἑαυτὸν, καὶ ἐπιστρεφόμενος εἰς ἑαυτὸν τοῖς θεοῖς συνακολουθεῖ. *Primum opus ſapientiæ eſt ſermonem in ſeipſum conuertere, & adſueſacere ne foras progrediatur, vt perfectus reddatur in ſeipſo. In ſe etenim conuerſus Deos ſimul ſequitur, atque æmulatur.* Meminit & Porphyrius ſilentij in cō. Antr. Aegyptiorum ſapientum, quibus vetitum erat nè quis prætereiens loqueretur. Silentio enim Philoſopię myſteria cōmunicabat. De Pythagoræ myſtis ſilentio initiatis Zenodotus in Collectaneis. Σιωπηλότερος ἔσομαι τῶν Πυθαγόρᾳ τελεσθέντων. *Taciturnior ero, quam hi, qui ſunt Pythagorę initiati.* Eunapius in *Proæreſio.* Iam conſenſum auditorū *Proęreſij* πυθαγορικὸν θεάτρον *Pythagoricū ſilentiū tenebat.* In tāto pretio apud Pythagorá erat ſilētij cura, vt et Cynicos Philoſophos fœdos inprimis, ac prorsùs caninos ī hoc tñ vno Pythagorę

ſe.

ſequaces, retulerit Archeſtratus Geltus in Gaſtrologià apud Atheneum. *O viri ſapientes, qui taciturnitate ſolà Pythagoræ obſequimini.* Πυθαγορίζοντες τὸ σιωπᾷν.

lib. 4 dipn.

Achemythiæ præceptum erat, vt teſtatur Laertius, linguæ infrænatio, ac ſermonis inhibitio, ne quæſtionibus, & altercationibus *Pythagorei* implicarentur, ſed à ſobrio, & attento ſilentio ſapientiam auſpicarentur. Idem Pytha goras præcepto inhibuit, nè quis Hirundinem ſub eodem tecto haberet, quia nimium obſtrepera contemplantium mentes turbaret, & loquacitatem ſuaderet. Hirundines ſtultas, quia loquaces ſunt, appellat Ariſtophanes in Ranis ἐστι καὶ στωμύλματα χελιδόνων μουσεῖα. *Stulta blateramina, Muſæa Hirundinum.*

lib. 2. c. 1.

Quid de ſanctiſſimo illo ſapientum conſeſſu Areopagitico loquar, cuius ſilentium in Prouerbium abiit, vti Alciphron in Epiſt: γενοίμην τὸ νῦν Ἀρεοπαγίτου σιγηλότερος. *Eſto mihi nunc Areopagità taciturnior.* Tria Numina Silentij præſidio, ac tutelę dicata fuiſſe accipio. Duo Romani Tacitam, & Angeronam. Ægyptij alterum Harpocraten, videlicet colebant. Hic Piceus Deus erat, taciturnæ noctis induſium ferens.

*Quique premit vocem, digitoq; ſilentia ſuadet.*

Illi etiã Perſea Arbos ſacra, cuius frondes lin



Digitized by Google

guæ figurâm imitantur, fructus verò cordis. Certè vt ſapientibus indicaret loquendi modū, ac ſilentiū arctiſſimum indiceret Palladis Militiæ,quæ ſuos iubet eſſe ſilentiarios,atq; peruigiles. Angerona itidèm digito ad os admoto,ſeu vti Verrius Flaccus Maſſurius adijcit,ore obligato , atque ſignato Silentium denunciabat, & animi ſolicitudines, & angores propitiata depellebat.Ità enim Plutarchus in calce docuit, Silentium nō modò ſitim non excitare, ſed etiā moleſtià,& labore vacare , ac proindè ab omni periculo tutum eſſe. Horatius :

*Eſt & fideli tuta ſilentio*
*Merces.*

Tacita Dea, quam Σιωπῆλαν, καὶ νέαν *ſilentij ſtudioſam, & iuuenem* appellant, ea ipſa eſt cui Numa Pompilius primus ſacra fecit,& à Romanis adorari voluit, vt nim: Pythagoricum ſilentiū ſapientibus ingereret. Hàc de re Plutarchus in Numà Pompilio. *At Numa Deæ cuiuſdam, ſeu Nymphæ amorem congreſſuſque ſecum occultos, & cum Muſis conſuetudinem prætendebat. Pleraque enim vaticinia, accepta referebat: docuitq;* Romanos *vnam ſummo cultu venerari, Tacita nomine; quod eò inſtituiſſe videri poteſt, ut Pythagoricum ſilentiū referret, atque commendaret.* Hactenus ille. Eſt ſilentium ſapientiæ comes indiuiduus. Lycurgus

Digitized by Google

gus ſilentio pueros educari, ſilentium edoceri voluit. Chaldæi, Magi, Brachmanes, Ægyptii, eorumque omnium principes, ſilentio fuere cõſpicui, ac celeberrimi. Zenonis Socratis, Thaletis, Anaximandri, Anaſſagoræ, Iamblici, Procli Maximi taciturnitas etiam vulgo notiſſima.

*ode 5.* Pindarus in Nemæis.

Καὶ τὸ σιγᾷν πολλάκις ἐςὶ
Σοφώτατον ἄνθρωπον νοῆσαι.

*Sæpè ſilere noſſe, eſt*
*Hominem ſapientiſſimum eſſe.*

*lib. 1. Anth.* Silentium certè ſapientiæ eſt index, quo etiã in doctiores litteratorum cognomenta indipiſcunt. Ità Palladas.

Πᾶς τις ἀπαίδευτος φρονιμώτατός ἐςι σιωπῶν,
Τὸν λόγον ἐγκρύπτων ὡς πάθος αἴσχροτατον.

*Omnis quidèm indoctus prudẽtiſſimus ẽ dũ tacet.*
*Si ſermonem abſcõdat, quaſi turpiſſim ũ vitiũ ſit.*

Silentij velo, atq; pallio inſcitiæ ſordes conteguntur, atq; in eius vmbraculo deliteſcunt. Is prudẽs eſt, ait Ennius, qui multa nedùm loqui, ſed & tacere poſſit. Cum in circulo ſilentium ora peruaſerit ſermocinantiũ ſignũ eſt, ait Plutarchus de Garrul., adeſſe Mercuriũ ſcientiarũ præſidem. Subdit: Qui generoſà inſtituti ſunt diſciplinà ij tacere primùm, deinde loqui didicere. Non poſſe autem ſilere naturam inculare

re eſt, quòd vnicam hominibus linguam, aures verò binas conceſſerit.

Annus ac Saturnus, qui omnium Deorum prudētiſſimus dicitur ἀψόφῳ ποδὶ *tacito pede* tēporum volumina percurrit. Adluſit Columella.

*Tacito nàm tempora greſſu*

*Diffugiunt, nulloque ſono conuertitur annus.*

Nec ratione vacat, quod apud Hebręos ab eodē verbo חרש (*baraſc*, nomina חרש & חורש (*hereſc*, & (*horeſc* deducuntur, quæ ſilentium, ac ſiluā ſaltumque ſignificāt. Academici, qui in Nemoribus degunt ac ſiluis, ſilentia ibidem ſeruare neceſſum eſt. Radix item Hebraica nedùm ſilere, ſed & profundùm cogitare, inſculpere, exarare ſonat. Sapientes ſub Saturni viuunt dominio, eiuſque ductu; cogitabundi, taciti, graui pede, defixis oculis, profundùm cogitant, ac partam ſapientiam in adamantinis intellectibus exarāt. Hebræis quoq; ſapiētioribus in ꝑtio fuit taciturnitas, ac ſilētij amor. Simeon filius Gamaliel aiebat. כל־ימי גדלתי בין החכמים ולא מצאתי לגוף טוב משתיק (*hol iamai gud talti ben hachachmaim velò matſadi lagoph teu miſtack.* *Oībus diebus meis educatus fui inter ſapiēntes, nec inueni vtilius quiddā ſilētio.* Inter doctiorū adnotationes, hæc etiālegit ſententia: סיג לחכמה שתיקה. *Seiag lachochmach ſcetikàh: ſepes eſt ſapientiæ ſilentium.*

Ipſe ego meo quidem Genio odi garrulos iſtos Λαλὺς Αμετροεπεῖς Ακριτομύθους πολυμύθες, *Loquaces, locútuleios Rabulas; Blaterones, linguaces, ſuſurrones*. Qui ſcientias linguà capeſſunt non mente. Farciunt cottidiè centonas, & ſinè capite, & caudà fabellas. Ad Clepſydram dicere non contenti, nunquam dicunt ſufficit; fortaſsìs hi ad uinum dicunt. Hi ſunt Academiarū Cicadæ etiam *Hyeme*, & noctu ſtridulæ: & Threijciæ Hirundines labijs inſtrepentes. Quidquid in buccas venerit largò eructant alueo. Turture vocaliores, & ceu Arabici Tibicines finem neſciunt dicendi. Caute littore, & Laro longè loquaciores, nec ſanè loquuntur, ſed cornicantur. Videas auſcultantium aures horum multiloquio ſaburratas, atq; onuſtas, eoſq; veluti ſtupidos, & Lipotimià tactos à ſtrepentium conſortio diſcedere. Inſcitiores verborum copià, & dicendi facilitate, ſapientes oēs opprimunt, & verboſo clamore ſuffocant. Ità quidèm Chius ille loquax, qui in Prouerbium abijt, Coum decantatiſſimam virorū illuſtriū Inſulá, qui eà tempeſtate maximè floruere, canere non ſinebat. Sanè non eſt eiuſdem, & multa, & opportunè effari. Mens plena ſilet, nec verberata ſonat; at vacua reboat, reſonat. Teleniciam Echo, Crepitum Vaſculorum inanium, elegantiſſimè dicebant.

bant. Silua Academicã diſceptantiũ garrientiũque, Dodonææ ſimilẽ puto, ac nimium ſtrepenti Eius rei cauſsã eſſe cẽſent aliqui; quod vẽto flante pueri penſilis ſimulacrũ miro artificio ità diſpoſitũm erat, ut peluim ęream ſibi proximè adlocatã æneo flagello verberare poſſet. Referunt alij Iouem inibi Dodonæũ appellatũ, vndiq; æneis lebetibus cinctũ, ità tamen ſe viciſsim contingentibus, ut vno pulſato, alterius contactu ſtatìm reſonarent, atq; in orbẽ redeunte ſono, multùm durabat, perpetuo boatu. Ità quidèm Sophiſtarum conſortia, Lebetibus Dodonæis haud diſſimilia ſunt; ſi vnum verbo tangas videas omnes ſimul inſurgere, loqui, clamare, ſtridere, aerem verbis verberare. Hos ego nõ Luſcinias, ſed Daulias Cornicẽs, male ſonoras, ſiluarum incolas appello.

At ſuas excuſant garrulitàtes, & contentiones Academici. Oportet inquiunt, nactam ſententiam ab impugnantibus aduerſarijs eãq; coarguentibus tueri. At quid vocibus opus eſt, et clamoroſis altercationibus? Silentio Sapientiores, & calamo acrius confligunt. Nulla maior collùctatio, quam quæ fit Characteribus, ac philyris. Habent exercitus ſuos volumina, quibus aduerſarios inuadũt. Habent paginę linguas ſuas, queis in aduerſarios clament. Audi quid de

Stoico Antipatro, qui Calamoboas dicebatur, referat Plutarchus. Stoicus Antipater, quia nõ valebat, neq; volebat pedem conferre cum Carneade, qui magno fluctu in Stoicos inuehebatur, ſcribebat. Calamoboas propterea, quaſi Calamo, intonans cognomento eſt dictus. Garrulum fortaſsè vmbratilis in ſcribendo pugna, & vociferatio abſterrens cottidie verborum luxuriam, conuerſantibus cum eo reddidit tolerabiliorem Canum more.

*lib de Garr.*

## ACADEMICI AGELASTI ſinè riſu.

## CAPVT III.

## Sylloge.

*FRons tabernaria ſtudijs inepta. Riſus lucis ſoboles. Flos adfectuum. Atticus riſus Philoſophos dedecet. Sophiſtę Platygelontes quarè? Puellarum laſciuientium riſus. Cachinni Megarici, atque Synchruſii. Non ridendum, inter Pythagorę dicta. Cachinnus inſcitię comes. Ora Philoſophantium ſaturnia, pallent. Silentium Philoſophicum res grauis eſt. Ebrietas loquax. Subſannatio ſcurrilitas Bromij famulitium. In Academia ridere veti-*

*ſtitam. Academici Agelaſti. Luſus, riſuſq; in Hederaceis ſertis nidulantur.*

SVperciliorum ſeueritas Philoſophantium eſt inſigne. Ab vno Saturno contemplandi prof inditas, atque ad riſum & hilaritatem accliuitas promanare nequeunt. Frons tabernariam præferens inepta ſtudijs eſt. At dubia, mærens, ſtriata, nubila, ad Silicernium prona, animum ad ſpeculationes attollit. Riſus lucis eſt ſoboles, & vere nouo congenitus, Nympharumque vultibus inſidet. Vtque ait Iamblichus in Protrepticis, μόνος μάλιστα ἐκφανῶς μηνύεται, ὥσπερ τι ἐπάνθημα, καὶ ἐπίφλεγμα μέχρι προσώπου τῆς διαθέσεως. *Præ omnibus maximè affectionibus conſpicuè cernitur, tamquàm quid efflore ſcens, & inflammans vſque ad adfectus faciem*. Adoleſcentum igitur florem, velut aura iucundiſſimè concutit. Grauiores Philoſophos Atticus iſte riſus dedecet. Ionicas Choreas, exhedræ abhorrent. Sophiſtas πλατυγελῶντες *lato deductoque ore Cachinnantes*, Philoſophi nomine indignos putat Philoſtratus. Rideant molles puellæ, & motus doceri gaudeant Ionicos maturæ Virgines, Megaricos laſciuientes

tes

tes æmulētur Veneris cohortes, inque riſus Syn chruſios effundantur comici ſaltatores. Profectò indecorum eſt Philoſophos, ac Palladi ſacram militiam apertis buccis cachinnare. Inter Pythagoræ ſymbola, etiàm illud circumfertur Ἀκάτῳ γέλωτι μὴ ἔχεσθαι. Riſu incontinenti, ne concutitor. Atque hominum Sapientiſſimus Inſcitiæ comitem cachinnum, effuſumq; riſum ſæpè ſæpius appellauit. Sapientiæ egeſtas vehementioris riſus, ac petulantiæ verborum abundantiam cauſſat. Pallent Philoſophantium ora, decolorata flacceſcũt labia, non ijs roſeus color, ac ſanguinis vigor quò riſus efferueſcit. Non tument eorum ilia, nec indomità agitatione quaſſantur. Impotentis animi eſt, ſpleni habenas laxare, ac præcipitem, inque riſum elabentem inhibere non poſſe. Inſit Plutarchus. *Vinum vel prudentem cantare coegit, atque in riſum laxauit, & inde choreas. Res ſilentium grauis, ſacra, & ſobria, Ebrietas loquax, ideoque amens inſipiens, & multiſona.* Effuſioris riſus cauſſam attigit ipſe. Vinumque eſſe, ait, immodicè hauſtum, quod etiam ſapientem effæminat, ac graues tibias baculo incedentes, penè claudicantes ad choreas extimulat, frontemque ſeuerām perfricat. Subſannatio, Temulentia, Scurrilitas, Luſus, Comica

*lib. de Garr.*

Bro-

Bromium conſtipant, inque hederaceis ſertis enaſcuntur. Eas omnes Philoſophorum pallia, atque hiſpidæ Barbæ, & ferruginei vultus expellunt. Quare Academicis edictā lege iniunctum fuit, ne in Academiā, quis eorum rideret, ſed attento, ac graui adſpectu arcana naturæ rimaretur. Academiæ ſanctiſſimis Laribus iniurioſum putabat, Plato animum cachinnis diſſolui. Audi Ælianum Λόγος δέ τις διαρ- lib.3.
ρεῖ καὶ οὗτος Ἀττικὸς ὃς λέγει ἐν Ἀκαδημίᾳ μηδὲ γελάσαι c.35
ἐξουσίαν εἶναι· ὕβρεως γὰρ καὶ ῥαθυμίας ἐπειρῶντο τὸ χωρίον ἄβατον φυλαχθῆναι. *Fama etiam illa percrebuit Attica, quę refert, ne ridendi quidem poteſtatē in Academiā fuiſſe. Nam ab iniuriā, & animi diſſolutione, vel ignauiā purum, & inacceſſum hunc locum ſeruare conabantur.*

## MODESTIA ACADEMICORVM Continentia frugalitas.

## CAPVT IV.

### Sylloge.

*Minerua, ac Muſæ Virgines. Cupidinis faces Permeſſi laticibus extinctę. Camęnę caſtę mentis. Venus terrena Muſarum inimica. Muſæ Veneris*

*rem illudunt. Muſæ telorum cupidinis impauidæ. Palladis arma amorum tela non metuunt. Cæcus iaculator rarò ſiluicolas ferit. Palatia Plateę cupidinem excipiunt, haud Stoę. Vitę licentiam odere ſapientes. Heraclides, & Python in Academiâ ſapientes. Contra Academiam inſurgit ebrietas. De Polemonis raptu accuſatur. Academię contrà Ebrietatem defenſiones. Incōtinentes in Academiâ modeſti fiunt. Academici mites, manſueti. Pallas Olearum inuentrix. Muſarum imagines armatæ nunquàm. Muſæ placidæ.*

MInerua, atq; Muſæ diſciplinarum Præſides dictæ, illa armis potens, iſtæ cantionibus celeberrimæ, vtręq; virgines, & caſtitatis luce nitidæ. Mollioribus hę Sirenis deuictis, debellatiſq; fortiores euaſere. Obſcænos amores belligera Pallas effugit. Cupidinis tela, nō timēt Muſæ, & Veneris faces Permeſſi laticibus extinguuntur. Camęnę propterea dictæ, ut Pompeio placet, quod ſint caſtę mentis. Iocatur Plato, ac Venerem illam terrenam, vulgaremq; Muſis minitantem, labiarumq; morſu de ijs mulctam machinantē adducit. Heliconiadibus mox ſuffixam rupibus, ſolutas Virgines obiurgantem. Cui ſtatim illæ Marti, ò Venus Marti talia, minitare tuus enìm inter nos Cupido non volat. De hàc re Epigramma refertur Muſicij cuiuſdam vatis in Anthologiâ:

Ἁ Κύπρις Μώσαισι κοράσια τὰν Ἀφροδίταν,

Τιμᾶτ' ἢ τὸν Ἔρων ὔμμιν ἐφοπλίσομαι.

Χ' αἱ Μῶσαι ποτὶ Κύπριν, Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα,

Ἁμῖν δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον.

Quinetiàm Pallas ipſa cupidinis ſagittas irridet, vti de ea Apollonius. *lib. 1. Argō.*

Ἥρη οὐδὲ μὲν με πατὴρ τίκε τοῖο βελέων.

Cæcus ne hic puſio tæniatus Syluiculas, atque in nemoribus degentes, erranteſque Philoſophos ferire potis eſt, et ad Planoperipateticos collineare? Adeat otiantium Plateas, ac laſciuientium turbas, Hyadumq; ſaltantium choros, inter eas nullum ſinè ictu iaculum cadit, nullum aerem verberat. Palatia Aulę Cupidinem obuijs excipiunt vlnis, non Stoæ, atque Academiarum fornices. In thalamis ille, atque laquearibus, non in porticibus, ac cellulis nidulatur.

Dediſcit quis in Academià vitæ licentiam, atque ebrietatem; ac morigeratus ſtatìm euadit. Viuebant ſanè Heraclides, & Python, efferueſcentis acti ſtimulis iuuentæ; atque penè adoleſcentuli, Cothyn Thracem furentes interfecere; at poſtquàm Academicis legibus ſubiere (vti teſtatur *Philoſtratus.*) Τὰς δ' Ἀκαδημίας διατριβὰς ἐπαινῶντες σοφοί τε ἐγενέσθην, καὶ ὕπαι ἐλευθέρω. *ſapientes, ex Academià, ac liberi euaſere.* *lib. 7. de vita Ap. c. 1.*

De Lu-

Lucianus in Dialogo Bis accuſatus, Iuſtitiam arbitram ſtatuit inter Academiam, & Ebrietatem. Ebrietas contrà Academiam libello dato ſurrexit, eam incuſans, quod Polemonem vi ad ſuas Diatribas rapuerit. Quæ ſilentio indicto ità prò ſe orauit. Polemon interdiù cum laſciuià, ac petulantià per medium forum ferebatur, Pſaltriam ſecū habens, & cantu perſtrepens à ſummo manè, vſquè ad veſperam, ſemper, & crapulæ indulgens, caputque corollis, ac floribus implicatum gerens. Poſtquàm autèm ad fores Academiæ comeſſabundus, & per laſciuiam illudens acceſſiſſet, perindè vt ad omnes ſolebat, mancipatum illum, atque è manibus Ebrietatis vi ereptum, & ad ſe adductum, aquam bibere, & ſobrium eſſe docuit, corollaſque capiti detractas diſcerpſit. Ac quotiès bibendum, atque accumbendum fuerat, verba quædam perplexa, & miſera, & multà curioſitate referta illi tradidit. Quarè qui anteà efflóreſcebat, rubore amiſſo pallidus, & incuruus corpore factus eſt, & cantilenis illis vniuerſis obliuioni mandatis, ſinè cibo interdùm, & ſitibundus ad mediam vſquè veſperam ſedet nugando, equali Academia nugari ſolet.

Ebrie-

Ebrietati verò ex aduerſo reſpondit Academia. Ego quidèm ſorte quadam, ut conſueui facere, patentibus foribus ad amicos, qui tùm præſentes erant, ſermones quoſdam de virtute, atque modeſtià faciebam. Ille verò Polemon cum tibijs, & coronis adſtans principio quidèm vociferabatur. At poſt quàm, nos nullam illius rationem habebamus, paulatìm reſipiſcere cępit ad ſermones: Et ſimul auferebat coronas, & tibicinem compeſcebat, & ob purpuram erubeſcebat. Ac veluti è profundo ſomno experrectus, ſeipſum adſpiciebat quo pacto ornatus, atque adfectus eſſet, & vitam ſuperiòrem, & anteactam damnabat. Et rubor ex tęmulentià contractus deflorеſcebat. Ipſe autèm præ pudore eorum, quæ fecerat verecundabatur. Poſtremò ab illà effugiens, ad me tranſijt, neque vocante me, neque impellente, ſed vltrò volens, & meliora hęc eſſe credens. Hactenùs prò ſe Academia. Viden Academiæ potentiam, quæ litterarum ſtimulis, ac virtutis aculeatis ictibus, laſciuientes adoleſcentulos ad ſe trahit; atque ab immoderatæ licentiæ vncis extractos, ſibi obtemperantes reſtituit, ac temperatos. Ità quidem Sapientia amentes, pue-

rimis oſtijs nihilo ſeciùs, quàm vaſtum quendam amnem, hinc indè influentes adaugent. Ità luſit quidam.

Nexus omnes Amicorum facilè diſſoluuntur, atque euaneſcunt; ſola inter ſapientes familiaritas aurea, quin etiam adamantina eſt perennis, atque immortalis. Sapientiæ compedes aureos, atque & aurea vincula Sapientiſſimus Rex appellauit, atq; immortalitatem eſſe in ipſius acquiſitione. Immarceſcibilis ſiquidèm eſt ſapientum amicitia, qui æterno uinculo obſtringuntur, indiſſolubili, atque inſectibili nodo. At ſecùs amor omnis, qui flaccidus elangueſcit. Eodem nomine profanus Amor, ac hora denotantur ὥρα. Horaria amicorum laſciuientium adfectio eſt, qui vanis conuerſationibus, ludis, ludibrijs familiaritatem contraxere. Perniciosæ familiaritates ſunt iſtæ, ferè omnes: in ijs dediſcit ſapiens, ac ſapè ſępius honoris, vel rei familiaris diſpendium, ac iacturam facit. Amicos hoſce non φιλοκηδεῖς, ſed φιλοκερδεῖς: *non obſequioſos, ſed quæſtuoſos cupidoſq;* appella. Sola inter ſapientes neceſſitudo liberalis eſt, quę amicos omnes ſuppeditat, quam nulla fœdat, aut cupido, aut libido. Per eam reſipiſcit ignarus, ac ſemper melior in dies euadit

dit, atque alter redit: Ariſtophanes in Ranis:

*Καὶ μὴν ἡμεῖς ἐπιθυμοῦμεν.*
*Παρὰ σοφῶν ἀνδρῶν ἀκοῦσαι,*
*Τινα λόγων ἐμμέλειαν,*
*Καὶ τι δεξιὸν ἰδεῖν.*

*Et nos ſanè cupimus,*
*Homines doctos audire,*
*Et aliquam capere loquendi concinnitatem,*
*Et ſcientiam.*

Apollonius ille Tyaneus ſui æui miraculum: qui peragratis plurimis regionibus, inexhauſtas ſcientias in Græciam retulit. Certè Philoſophos omnes adijt, cumque ijs familiariter tamdiù viuebat, quamdiù poſſet aliquam ſapientiæ vſuram capeſſere. Vtque refert Philoſtratus ad Gades vſquè, & mox ad Indos,
lib. 4. Perſas, Æthiopeſq; peruenit. Καὶ γάρ τι, καὶ περὶ φιλοσοφίας τῶν ἐκεῖ ἀνθρώπων ἤκουσεν ὡς πολὺ τοῦ θείου προηκόντων. *Multa de Philoſophià illic degentium hominum audiuerat, qui etiam magnam de rebus diuinis cognitionem habebant.* Porphyrius (vti de eo Eunapius) cum Romam veniſſet, & in magni illius Plotini conſuetudinem ſe inſinuaſſet, valere cæteris omnibus iuſſis, ad animum fidemque ipſius ſe totum applicuit. Vbi & ani-

mum ſcientijs explere, & verba fonte illo manantia, ac de mentis illius ſacrario deprompta haurire.

FINIS.

Impr. Abb. Geloſus V.G. Impr. De Blaſch. P.

Panhormi, apud Ant. Martarellum. 1637.

Digitized by Google

| MENDA | | CORRECTA |
|---|---|---|
| Primotdia fol. | 4 | Primordia |
| Intellectum | 6 | Intellectuum |
| Per pauculis | 8 | Perpauculis |
| Qu | 17 | Qui. |
| Amicitia | 223 | Amicitias |
| Placid. | 216 | Placidæ |
| philiris | 211 | Philyris |
| Achemythia | 188 | Echemythia |
| Tamèn vno | 205 | In hoc tamèn vno |
| Zenodotas | 205 | Zenodotus |
| Philoſophiu | 205 | Philoſophia |
| Eius umbraculo | 208 | In eius vmbraculo |
| Adæus | 190 | Aedeſius |
| Oratores | 97 | Oratoris |
| Ad ſollicito | 186 | Ac ſollicito |
| Explere, haurire | 227 | Expleret, hauriret |
| Equali | 218 | Qualis |
| Occurrant | 20 | Occurrunt |
| Conſtipatas | 32 | Conſtipatis |
| Recenſert. | 25 | Recenſeret |
| Gymnopædias | 88 | et Gymnopędias |
| Lacedæmones | 89 | in Lacedęmone |
| Academicos | 93 | Academicis |
| Bombitatione | 96 | Bombitationē |
| Strambo | 107 | Strabo |
| Si Ritus | 113 | Ità Porphyrius |
| Metapōtani | 113 | Metapontini |
| Moytis | 129 | Myrtis |
| Phantaſiam | 130 | ad Phantaſiam |
| Diuina | 135 | Diuiſa |
| Nequa | 133 | Neque |
| Lythagoræ Lythag. &c. | 136 | Pythagoræ, &c. |
| Trium | 136 | Et trium |
| Pythagorci | 122 | Pythagorici |
| Conceptum | 40 | Conceptuum |
| Expreſſitus | 43 | Expreſſius |
| Phyliris | 58 | Philyris |

SVPERFLVVM

| | |
|---|---|
| Docetur. | Fol. 64 |
| Cum | 14 |
| Arbitrati nihil poſſe compreſsâ opinione infrenauere | 144 |
| Quoniam | 26 |

Si quæ alia occurrunt, tu benigne Lector corrige, & excuſa.

# INDEX

## RERVM SCITV DIGNIORVM, AC MEMORABILIVM.

A

ABySſus diuinorum conceptuum. 40
Abaris ſacerdos Apollinis. 192. 200.
Abaris Pythagoræ auditor. ibid.
Academia locus ſuburbanus. 1
Academiæ media princeps. 147
Academiæ mediæ ſectatores. 151
Academia à lauacro dicta. 3
Academia Antonomaſticè Platonis Gymnaſium. 5
Academiæ nomen collegia, quæq; ſuffarantur. ibid.
Academia Ieſciuah. ibid.
Academię nomen à triturà. 6.
Academia Beth hamidraſc 6
Chenauath danghà 6
Beth thalmidim 5
Beth vanghàd. 6
Academia Apum examen. 6
Academia ſuburbanū nemus Pyraeo proximum. 7
Academia Lycæo inferior. 8
Pomarium, & rectus trames. 8
Vmbrifera, & nemoroſiſſima. 9
Acad. Silua à Syllà deuaſtata. 9
Academia ædes, ſumptuſq; in ijs conſtruendis. 16.17
Academia celebriores tres 136
Academiae locus conſitus ornatuſque. 17
Academià elegantius Adag. 20
Academia ſimulacra, & Statuæ 20.21.22
In Academià cupido coronatus 23
Academiæ laus 38
Academia vniuerſi orbis Gymnaſium ibid.
Academia Sācta, & Cydianira. ibi
Academia Archetypa. 40
Academia in Dei enata gremio ib.
Academ. Hierarchica. 47. 48. 49
Academia Mortaliū aſophon. 54
Ex Academià in academiam tranſeunt Beati. 62
Academia Elyſia. 63
Academia vmbrarum. 64
Academiæ harmonica cōcētio. 70
Academia muſicum certamen. 72
In Academià Stagirita Platonis auditor. 122
Academiæ Mediæ placita. 149
Academia ſpretis Athenis in Latium migrat. 176
Academiarum varietas, & tumultus. 134.135
Academiæ vnius ſectę innumeræ 132. 133.
Acad vetus à Platone erecta 138
Academia vetus maximæ exiſtimationis 141
Academię veteris dogmata certa. 139.
Academia vetus defæcatior. 138
Doctiſſimorum arx. 137
academia noua adſenſum cohibebat. 144
academia noua irridetur. 145
academia nugatrix. ibi.
academiarum Cicadæ. 206
academia contra ebrietatē perorat. 219

A

academia temperatos facit, & ob temperantes. 218.219
academia apiarium nectare repletum. 94
academia mellis aluearе. 91
altercantium Gymnaſiũ. 88
academia cæleſtis Siderea. 73
academia cœleſtis Mercurius. 77
In academia ridere inhibitũ. 215
academia Sicula. 181
academia Tyanei. 172
academiae nouae auctor. 142
academiae noua locus Caico flumini proximus. 143
academia noua contentioſa, à veteri maximè diſſentitur. ibi.
academici ludi. 27.28
academica Trias. 42.43
academici ſpiritus 47
academici Beati. 57
academicus mons Thabor 61
academicus hortus delitiarũ 66
academicum ver. 71
academicus Socratis chorus 72
academici in vnam ciuitatem ſapientię congregantur. ibi.
academici Siluani. 2
academici auriti nõ polyglotti. 196
academici auditores. 197
academici agelaſti. 215
academica Sidera. 73
academici primi in Tyndarides cõuerſi. 77
academica progymnaſmata, & agones. 76
academici agones. 88
academicorum ſuſurri. 96
academi ì ſimilis genij. 222
academici ĩ vnũ locũ cõfluũt 225
academici mites, & manſueti. 220
academicum ſilentiem. 202
academici ſilentij Numina. 206
academici ad vnũq; diſſerendum parati. 144
academici veteres 138
academici illuſi. 137
academica certamina. 106
academicorum certamina harmonica 109
academici Nectare delibuti. 102
academicorũ neceſſitudines. 222
academicorũ amicitia purae. 129
academici ocioſi. 177
academici nihil ſcire opinantes. 150
academici omnium litigioſiſſimi qui. ibi.
academus Heros. 1
academus loci ſuburbani poſſeſſor. 2.
academus apud Lacedemones celeberrimus ib.
academus idiotes, priuatuſq; appellatus. 3
academi Silua. 9
academi locus inſalubris. 11.
acatalipſia incomprehenſibilitas. 144.
acroamatica diſputationes 124
adami hortus. 34
adam academicus. 66
adumbrata pugna. 87
Aegyptij campi. 15
Aegyptiorum myſteria inter ſilentia. 208
Aegyptia menſa 114
æthiopes indis hebetiores. 15
æthuſa quid. 126
ædes academiæ, earumq; ſumptus. 16.17.

aer-

Aeterni Rhetoris facundia. 45
agones Gymnici. 88
aer inſalubris corporis luxuriam frænat. 112
aer ſalubris ingenijs confert. ibi.
Alexandrinæ vrbis Regia. 113
Alcibiadis decretũ i Cynoſarge. 15
Alexandrini Muſæi exhedra, & peripati. 114
alexini Philoſophi Gymnaſiũ. 13
amalthaum Attici Gymnaſiũ. 104
ambulacra Cupreſſis, alijſq; arboribus diſtincta. 117
ambulacra Philoſophorum 8
ambulacra arboribus inumbrata 9
ambulacra Lycæi. 126
ambulatoria diſputatio. 123
ambroſię athymon 100
ambroſia aporrhax liquidus latex. ibid
amicitia inter Sapientes 222
amicitia faces. 221
amicitia ſapientũ adamantina 224
amicitia vtilitas ibid.
amici quaſtuoſi. 225
amicitia ſapientũ vſuraria. 226
amoris ſtatua. 20
amori, & Palladi vnà ſacrificabatur. 23
amphylice lux dubia 118
animoſum, & philoſophum in Gymnaſio 106
anima ſoluta. 65
animarũ feliciũ academia. 61
angelorum chorea, & permeſſus. 50. 51
angelorum tripudia circà bonũ 51
angelorum academia, & mutua illuminatio. ibid.
angeli inferiores illuſtrati. 52.
angelorum nemora, & porticus 47
angeli mobilis ſemper intellectionis. 47
angeli ſophi circumeuntes. 48
angelorum facundia, atq; energia. 49
angeli è diuino ſuggeſtu edocentur 50
annum lycobanta cur dixere. 117
antiſthenes Cynicorum pater 152
antiſthenes aplocion dictus 153
antipater Stoicus calamoboas 226
apiarium academicum 98
apes muſica animalcula. 97
apes athletæ. 96
apes luciuagę. 91
apes Muſarum volucres. 92
Apum certamen 94
Apes apollinei tugurij incolæ. 95
Apes muſæ, & muſarum volucres 94.
Apes debborim quare 97
Apes Bombilatores 96
Apollo Lycius vide Lycæum.
Apollinis ſilua cæleſtis. 74
Apollo cæleſtium muſarum choragus. 82
Apollo humorum deuorator. 117
Apollo Lycius Thebis. 119
Apollo Lycobatiam reſtituit. ibid.
In apolline, & lupo Sol cultus. ib.
Apoſtoli auditores. 61
Apollonius Tyanæus Philoſophos adijt. 226
Apollodorus Cepotyrannus. 179
Apragmoſyne planta in Academia qua. 31.18
Arabici Tibicines 206
arborum ordines in Hypæthris. 17
Arborum adfectus, & pathos. 72

Arbores Epiſtemethalæ. 67
Arbos Perſea. 206
Arceſilas Diodori ſequax. 149
Arceſilai dogmata 150
Arceſilai Patria Pitane. 143
Arceſilas Philoſophiæ monſtrum.
arceſilas ſordidę famæ. 147. 148
arceſilas mediæ Academiæ, & noua princeps. ibid.
arceſilai mores, & mors. 148
ardalus Vulcani filius. 111
ardalides Muſæ. ibid.
areopagus, & Areopagitæ. 170
In Areopago Mars capitis cauſſam dixit ibid.
areopagus Gymnaſiũ è curia. ibi.
areopagiticum Silentium. 206
ariſtoteles Xenocratis cauſsa Scholã in Lycæũ transfert. 122
ariſtotelis in Academia Platonis auditor. ibid.
ariſtotelis Peripati. vide Lyceũ.
ariſtotelis Lycæum, & Gymnaſium. 151
aſphalia in Academia. 31
aſtrum Mercurij in Geminorum ſigno. 78
aſtra Academica. 73
athletę Xyſtici. 17
athletarum Lauacra. 86
athletę Poetæ. 108
Athenarum delitiæ. 11
attici Thebanis acutiores 15
atticus viſus Philoſophos dedecet. 113
aulæ Academicę. 177
audiendi cupido inexplebilis. 153
auditores academici. ibid.
aurium plantator Deus. 193
aures plantare quid. ibid.
aurei ſaltus ſapientiæ. 93
aurora Lupinę pelli ſimilis. 118
aurora inter Canem, & Lupum. diſcernere non ſinit. ibid.
auctoris votum. 35

B

Bacchus promus, & pocillator. 104
Bacchi Muſis cęleſtibus adſociati. 84.
Beati Academici. 57.58
Beatorum Gymnaſium. 56
Beatorum ſcientia Numinis Theoria. 56
A Beatis Dei panegyris recitatur. 57.
Beati Gymnaſij interioris diſcipuli. 59
Beati à Deo inſtruuntur. ibi.
Beati volumen æternũ legunt. 57
Beatæ muſae. 62
Beatorum chorea. ibid.
Beatorum auditiones matutinæ, ac veſpertinę. 58
Beth litera Bibliorum prima, eiuſque ſenſus, & myſteria. 41
Bononia. 197
Bombinatio, & bombilatio. 96
Bombilatores qui. ibid.
Braccæ quę. 163
Braccati, Medi, Galli, Pontici. ib.
Bromij famulitium riſus ſcurrilitas. 205
Brutus Academiæ veteris ſectator 139.

C

Achinnus Megaricus, & Synchuſias. 215
Cachinnus inſcitiæ comes. ibid.
Cęlum Belus quare 74.
Cęli poema. 75

Cælorum harmonia. 82
Cæleſtis concentus à quibus percipitur. ibid.
Caleſtes Muſæ. 81
Caleſtis comitatus Sirenum Muſarum olorum. 84
Cæleſtium Muſarum choragus. 82
Cæleſtia ſubſellia, & ſuggeſtus. 75
cæleſtes auditiones matutinæ, ac veſpertinæ. 75
Caleſtis Academia 74
Cæleſtes ſaltus, ac nemora. ibid.
Caleſtes Philoſophi 76
Caleſte Muſæum. 77
Cæſares Muſæum Alexandrinum conſtituunt. 114
Camœnæ caſtæ mentis. 116
Campaniæ felicis ſtudia 177
Canopum. 171
Catanæ. 188
Caſtalidũ fõs propè Gymnaſiũ 108
Cepotyrannus quis 179
Cereri domus Pythagoræ ſacra. 113.
Cedri Adonaij. 41
Chæremonis ſuperbia. 166
Charmus Syracuſius, ſeu Athenienſis. 20
Chalcioecum Pallados cognomentum. 107
In Chalcioeci templo Muſarum ſacellum. 110
Cherubim Paradiſi Academici præſides. 68
Chius con n canere non finit. 202
Choragus cæleſtium Muſarũ. 82
Cæcus amor rarò Siluiculas ſecit. 217
cœnaculum Philoſophorum. 113
Coloſſus Rhodiorum. 22
Conſtantes academici. 179
Corybantibus ſapientes adſimilantur. 108
Crabrones mellificiũ detu bãtes 94
Cranium Gymnaſium. 171
Cruſca academia. 178
Cupidinis faces Permeſſi laticibus extinguuntur. 216
Cupido in academia coronatus. 23
Curricula inumbrata. 126
Cydni aqua 14
Cynici oblatrantes ex Cynoſarge. 155.
Cynicorum pater Antiſthenes. ib.
In Cynoſarge decretum prò Paraſitis inſculptum 155
Cynoſarges Lycæum potius quàm Gymnaſium. ibid.
Cynoſarges impuriſſimũ tẽplũ. 152
In Cynoſarge ſimulacra quedã. 154
Cynoſarges luci a Philippo deuaſtati 153
cynoſarges tẽplũ, et Gymnaſiũ. 152
In cynoſarge docuit Antiſthenes 153
cynoſarges à cane albo, vel ab aquila. 153. 154

DAducbia in academia 27
Deambulatio Philoſophantes iuuat. 129
Dẽãbulatio in delitijs habita. 130
In Delo Muſarũ ſimulacrum. 110
Deus Peripateticus. 40
Deorum cibus quis 102
Deorum Pocillator Mercurius Hebes. 102
Dij compotores, & conuiuæ. 98
Diatribe Philoſophantium. 123
Diatribæ ambulacra. 136
Diatribæ. 233

Dic-

Dialectici problematici. 150
Diana Arthemidos ſimulacrũ. 22
Diluculũ Lycauges, & Amphilyce. 18
Diocharis fons propè Lyceum. 120
Diodorus ſophiſta 149
Dipſade morſi. 200
Diſputatio ambulatoria. 123
Diuinæ mentis varia porticus. 41
Dromi ſubdiales. 126
Dubia lux, & crepera. 118
Ebrietas contrà academiam peſrorat. 219
Ebrietatis libellus. ibi.
Ebrietas loquax. 214
Echedemia, & Echedemus 3
Ecademia. ibid.
Echemythia. 206
Echonis ratio, & cauſſa. 162
Elienſes ſophiſta 172
Elienſium academia ibid.
Elementorũ concordia diſcors 70
Elementorum Syſtoechia. ibid.
Epinices ſpecies prò Laodiceà depicta. 160
Elyſia academia 63
Elyſiorũ nemora fontes prata. ibi.
Eloquens & verboſa contẽtio. 97
Eloquentes Mellilegi. ibid.
Endymatia feſta in Argis. 89
Enna Sicilia locus, & oppidũ 184
Ephectici academici noui. 189
Epidaurij legati apud Athenienſes 16.
Epicuri horti, & Gymnaſium 168
Epicurus hortorum cultor. 169
De epicuro plura. ibid.
Epoche quid. 144
Epoche Echeneis, & Erronum ſtatus. ibid.
Eretriorum academia 172
Errones philoſophi 132
Eſſenorum Gymnaſium ad hortos balami. 145
Exercitio plura addiſcuntur. 223
Exoterice diſputationes. 124
Ferdinandus Colonus Genuẽſis, eiuſq; academia, & bibliotheca. 13
Florentia academica. 178
Flos adfectuum riſus. 213
Frons tabernaria ſtudijs inepta. 213.
Frontonis vrceus 165
Fructus ſcientię. 67
Galaxia ſuperùm Lycęũ. 75
Gallię Ciſpadanę, & Tranſpadanę Gymnaſia. 179
Galli braccati. 163
Garrulitas. 209
Garruli ſophiſtę. ibid.
Geminorũ ſignũ Cęleſte academicorum. 77
In Geminorũ ſigno Mercurius pręſidet. ibi.
Gymnaſiorũ lauacra. 14
Gymnaſium iuniorum. ibid.
Gymnaſij nomen. 86
Gymnaſia nudorum Athletarũ. ib.
Gymnaſiorum fontes, & cultores, 87
Gymnaſia ripis marinis proxima. ibid.
Gymnaſiorum hoſtiludia. 88
Gymnaſium Neronis. 87
Gymnaſium in Attali Regis horto. 171
Gymnaſium Epicuri Timocrati cõmendatur 196
Gymnaſia quadam Gręcię. 179
Gym-

*Gymnaſiorum inſcriptiones* 203
*Gymnaſia, vide academia.*
*Gymnaſa in lucem dare.* 89
*Gymnici Agones in Androgei me moriam.* 88
*Gymnopędia, & Gymnopędiarum auctores.*

H ibid.

*Halirrhotiij fatum* 25
*Harpocrates Deus piceus.* 206.
*Hebes ſtatua* 154
*Hebe à poculis* 102
*Heraclides, & Python ex academiâ ſapientes.* 217
*Hercules Gallicus.* 97
*Herculis ſimulacrũ in Academiâ.* 22
*Hercules Muſarum comes.* ibid.
*Hermathena, earũq; allegoria.* 21
*Hermes Deorum pocillator.* 102
*Hermeraclea in Academiâ.* 22
*Heroum Monumenta in Academiâ, & propè.* 19
*Hirundinum Muſea.* 206
*Hirundines loquaces.* ibid.
*Hirũdinem ſub eodem tecto habere inhibitum.* ibid.
*Hierarchica Academia.* 46
*Hierarchica ſubſellia. Vide Angeli.* ibid.
*Hierarchicę Muſę, & Apollo.* 49
*Hyberna porticus, & inambulationes.* 116
*Hypęthrę Hypæthros, & Hypæthrios quid.* 37.18
*Hypercoſmica ſapientia.* 47
*Hora & horarius amor.* 226
*Horti Epicuri.* 9.196
*Horti Philoſophorum nemoroſiſſimi.* 9
*Hortus Paradiſus academicus.* 68
*Hortus Sapientiæ.* 69
*Horti, & olitores in Veneris tutelâ* 196
*Hortus Attali Regis.* 170
*Hoſtiludia.* 88

I

*Iamblici Auditores.* 196
*Iaſenſium Palęſtrię.* 87
*Inambulationes Philoſophorũ.* 1
*Inferior, & ſuperior ambulatio.* 8
*Incontinentes in Academiâ temperati euadunt.* 217
*Ingluuies ſciendi.* 195
*Inſcitiæ comes riſus.* 213
*Intellectuum pugna.* 28
*Intelligentię Academicæ.* 85
*Vide Angeli.*
*Iolai ſtatua.* 154
*Italia Academica.* 154
*Italia Academica.* 173
*Per Italiam Græcæ Sapientię veſtigia.* 175
*Italię ſuggrundia Patauium Bononia.* 179
*Italorum Genius, Gymnaſia.* 174
*Iulianus auditor.* 200
*Iunius redarguitur.* 3
*Iupiter ſceptro, & victoriâ.* 8
*Iouis templum.* ibid.

L

*Lacedęmones morias venerabantur.* 25
*Lacydium Gymnaſium.* 11
*Lãpadum traditiones in Academiâ* 27
*Laodicea Gymnaſium.* 172
*Liguria* 179
*Locus ſolitarius à ſtudioſo eligendus.* 29
*Lacus à principibus Thuringiæ deſignatus* 14

Lu-

Lucullus veteris academiæ ſecta-
tor. 140
Lucullus Antiochum Aſcalonitē Philoni obponit. ibid.
Luculli Peripati, & Gymnaſiū. 76
Luminum nemora. 74
Luminis vox. 44
Lupus, & Lupina effigies Apollini ſacra. 117
Lupina pelli ſimilis aurora. 118
Lux crepera, & dubia. ibid.
Lux tergemina. 44
Lycauges diluculum. 118
Lycæum nemoroſum. 9
Lycęum ſuperior ambulatio. 8
lycæi ampla ſpacia, & ambulacra 126
lycæi ſimulacra 128
lycæi conſtruendi ordo, ac ratio. ib.
lycæum D. Petri Corſetto. 129
lycæi Gymnaſii initia. 12
lycæum à Lycio Pandionis filio, vel à Lyco. 119
In lycæo cultus Apollo. 121
lycæum Piræeo proximum. 120
In lycęo Gymnaſiū, et Paleſtra. ib.
lycæum cæleſte. 75
lycæum apollonij. 121
lycius Apollo alius Thebis. 116.
lycobanta annum cur dixere. 117
lycobetiam Apollo reſtituit. ibid.
lycophos quid ibid.
Maiugena Mercurius. 78
Maiugenæ ſequaces ibi.
Mamma deos lactās nectarea. 103
Manſueti academici. 219
Maro homeri Simia, aut æmulus. 17?.
Mater prò nutrice. 103
Matutinæ ambulationes 103
Mediolanum. 189
Megarici Cachinni. 213
Meliſſae loquaces. 96. ibid.
Merkinà quid 41
Mercurius cæleſtis. 75
Mercurius in Geminorū ſigno. 77
Mercurius nectariſugus 103
Mens diuina. 41. 42
Mendū in Pauſania adnotatur 30
Menſa Aegyptia muſæum. 114
Meſſana. 186
Mineruæ templum. 8
Minerua haſtata. ibid.
Minerua duplici functione celebris. 107
mineruæ ara. 22
mineruę Agones. 29
Mithridates ex academia Pirgeū oppugnat. 2
mons Lycius 118
moriæ in academia. 18. 24. 25. 26
moriæ palladi ſacra. ibid.
morię Panathenæorum ergò. 27
moriæ in Acropoli Athenarum enatæ. 26
moriarum religio ibid.
mundus coſmos, & diacoſmos. 70
mundi Syſtemata. 69
mundus foſsa. 72
mundus Rhetor. 75
muſæ à Poculis. 133
muſarū ſacellū, & ſimulacrū. 100
muſarū certamina harmonica 108
muſarum furor. ibi.
muſarum caſtra. ibi.
muſę pręiijs praeſunt. ibid.
muſæ Ardalides. 111
muſarū imagines armatae nunquā 220.
mu-

*Muſarum inimica Venus.* 216
*Muſa, & Minerua Virgines.* ibid.
*Muſarum volucres.* 92
*Muſæ apes.* 95
*Muſę ſaltantes* 92
*Muſæ nouem caleſtes.* 83
*Muſæ cæli harmoniam moderantur.* ibid.
*Muſæ Bacchis adſociantur* 84
*Muſa diapaſon* ibid.
*Muſa animæ Mundi* ibid.
*Muſæ Sirenum comites.* 83
*Muſarum cæleſtium Apollo* 82
*Muſarum comes Philologia.* ibid.
*Muſę Olympiades.* 81
*Muſæ terrarum hoſpitæ.* ibi.
*Muſarum præcipua.* ibid.
*Muſæ cęleſtes antiquiores* ibid.
*Muſæ cum Hercule.* 22
*Muſarum aræ.* 21
*Muſarum ſeceſſus ſiluę.* 31.32
*Muſæum æterni Genitoris Verbum.* 44
*Muſæum ſapientum acies.* 114
*Muſai peripati, & exhedræ.* ibid.
*Muſæum Regiæ Alexandrinæ* 113
*Muſæũ Pythagoræ angiportus.* ibi.
*Muſæum Stagiritarum.* ibid.
*Muſæũ fonti muſarum proximum* ibid.
*Muſæum muſicis contentionibus deſtinatum.* ibid.
*Muſæum à Muſæo vate.* 112
*Muſęa caua ſaxa.* ibid.
*In Muſæo Muſis, & Somno vnà ſacrificabatur.* 111
*Muſæum Olympiacum.* ibid.
*Muſicum certamen.* 72
*Mycon mercede Stoam depinxit.* 162.
*Necracademia* 64
*Nectar obſonium* 100
*Nectarea Pegaſi vnda.* 104
*Nectare, & ambroſià cornua Amaltheę ſcatebant.* ibi.
*Nectarea manna* 102
*Nectar Neonectar* ibi.
*Nectariſugus Hermes.* 103
*Neronis Gymnaſium.* 88
*Noctes Atticæ.* 124
*Noctua Palladi ſacra.* 102
*Noui Academici apud Elyſios ancipites.* 64
*Noua academia.* 142
*Nudari in lucem educere.* 89
*Olea ſecunda ex academià prodijt.* 18
*Oleæ moriæ academiæ.* 18.25
*Olearum academiæ religio.* ibi.
*Oleas cædentium mulcta* ibi.
*Olympionici athletæ.* 89
*Oratorum lingua melliflua.* 97
*Oxyli ſpeculatores* 204
*Palęſtra in Lycæo à quo conſtructa.* 120
*Palatia, & Plateæ cupidinem excipiunt.* 216
*Palladis arma amoris non timent tela.* ibi.
*Pallados cognomentum Chalcioecum* 106
*Pallados ſolemnia.* ibi.
*Pallas duplici functione celebris* ibid.
*Pallas Sapientię, & Muſarum Dea.* ibi.
*Pallas olearum inuentrix.* 220
*Pallados ſilentiarij* 205
*Pallados militiæ nexus.* 222
*Palladi, & amori vnà ſacrificabatur.* 13
B pa-

Panathenaa in academia 27
Panathenaa à Prometheo inſtituta. ibi.
Panathenęorum hypotypoſis 28
Panhormi delitiæ, ſtudia 187
Paradromos, & paradromides 17
Paradromides. 9
Parthenopes vniuerſitas, ſeceſſus Sirenes. 15
parthenopes ſtudia, & academia. 177
Patauium. 179
Patris ęterni auditor Filius, & Sp.S. 42.43
Pater verbum eloquitur. 42
pater Verbi ſedes, & Cathedra 43
pericles Gymnaſium Lycium conſtruxit. 120
periphraſis horatiana. 2
peripatos duplex. 123
peripatos ipſa ambulatio ibi.
peripatos Muſæi. 113
peripatos diuinæ mentis. 40
peripatos inumbrata. 125
peripatetici academici veteres. 139.
phantaſtica nauigatio. 63
philicoi auditores. 191
philologia in Galaxiā pergit. 76
philoſophia Nectar ſapiētibus propinat. 102
philoſophia cyclica. 195
philoſophorū ſecta cęleſtes. 79
philoſophorū, ceu ſiderū occurſus. ibid.
philoſophi in albo ſiderum adoptati 76.77
philoſophi auditores 193
philoſophorū ſerta pennata. 109
philoſophos dedecēt roſea ſerta ib.
philoſophus Heluo Arceſilas. 148
philoſophi veteribus academicis addicti. 139.140
philoſophi errones 138
philoſophi inambulantes. 124
philoſophorum cęnaculum. 113
philoſophi volucribus adſociantur 33
philoſophorum commercia 223
philoſophi Sophię familiam componunt 224
philoſophi antiquiores apud Elyſios. 64
philoſophicae adfluentia. 79
philoſophiana ora. 186
philocerdia. 226
piræus Lycęo proximus. 120
piręus, & pirçenſpo rtus Athenarum. 7
pyręus nauale, & curia. ibi.
pitane arceſilai patria 148
pitheus in Muſęo edoctus. 112
planetae coſmi, & ordinati. 24
planoperipatetici. 125
platanetorum ordo 127
platonis academia vetus 138
platonis tumulus 19
plato corporis ſalutē cōtemnit. 12
plato fatum anteuertit. 11
platonis Gymnaſiū inſalubre. 10
plato Cygnus, & Cicada. 29.30
poecile in Elide. 161
poema cęleſte. 75
poetae leues alati penningeri. 92
poetae athletae 108
poetae coaxantes. 202
polemonis raptus. 218
polypragmoſyne planta in academia. 31
porphyrius Plotino addictus. 226
pri-

Primi academici in gemina ſidera conuerſi 77
prima bibliorum litera beth. 41
primae lucis parens Lycius Apollo. 117
profanus amor. 225
progymnaſmata caeleſtium philoſophorum. 79
promethei ara in academiâ 22.27
prytanium Gymnaſium. 172
ptolemęum Gymnaſium. 172
puellaria ſerta roſea. 109
puellae laſciuientes 213
pugna marathonia in poecile depicta. 157
pyrrhonis dogmata incerta. 148
pyrrhonij dubij. 132.ibid.
pythagorici auditores 192
pythagoriſtae,& pythagorici, 172
pythagoricae cortinae. ibid.
pythagoraei tractus 176
pythagoricae ſolitudines 164
pythagorae vicus. 113

Q

Quaeſtuoſi amici. 224

R

Rhetoris ęterni facũdia 45
Rhetores apes 96
Riſus lucis Soboles. 213
Riſus adfectuum flos. ibid.
Riſus laſciuientium. 214
Non ridendũ inter Pythagorę dicta. ibid.
Ridere in Academiâ inhibitũ. 215
Roma tota Academia. 176

S

Sacra in Neronis Gymnaſio. 87
Sapientia nuda. 89
Sapientia rudis in certa 131
Sapientię domus. 41
Sapientiâ Syngenia,& Syngymnaſia. 71
Sapientum Syſtrophe ſyſſition syntaxis. 71
Sapientes correpti,ac perciti. 108
Sapientũ Alexandriæ Muſęum,& cęnaculum. 114
Sapientum unionum vnio. 222
Sapientes vita licentiam oderunt 217
Sapientum ornamentum parergon auditio. 197
Sapientum lydius lapis 37
A Satyrico dilacerari ſumma laus 167
Saturnus philicoos. 198
Sceptici Academici. 148
Scientia crebris diſputationibus fulguraſcit. 6
Scientia mundi ignauia eſt impura, ac temeraria 54
Sciendi ingluuies. 199
Secta,& hæreſis quid. 132
Sectæ innumerę Academia. 133
Seguntinum ſuburbium. 7
Senex auditor 198
Sempiterna ſimulacra. 41
Serpens ſapientiſſimus,& prudentiſſimus. 67
Septentrionales Meridionalibus acutiores 15
Sicilia Academica 187
In Siciliâ prima litterarum rudimenta à phoenicibus. 142
Sicilia tota Græca facta. ibid
In Siciliam Academica Numina delata. ibid.
Sikeliotæ,& ſiculi. ibid.
Sicilia fabuloſa. 183
Siculę telluris amęnitas. ibid.
Sil-

*Siluani Academici* 2.202
*Silua lycæi Vide lycæum*
*Silua Academi inſalubris.* 11
*Silua academica* 8.9.
*Silua olearum.* 9
*Siopea.* 206
*Sitientes Academicis* 179
*Smyrnæa Gymnaſia.* 86
*Socrates præſultor* 71
*Socratis Academia apud elyſios* 64
*Socratis pugna, & victoria.* ibid.
*Soli Apolline, & lupo cultus* 117
*Sol gymnaſii deus.* 22
*Solitudinis laus.* 30.31.32
*Solon auditor.* 193
*Sophiſtę inauditi.* 79
*Sophiſtę Platygelontes.* 213
*Sophiſta Superbi.* 23
*Sphærarum ſonus poemata eloquia* 75
*Spir. S. auditor patris, & Filij.* 42
*Stoa ciuium internecione fœdata* 163
*Stoa Sapiens.* ibid.
*Stoa Zenonis.* ibid.
*Stoa vide porticus.*
*Stoicorũ mores, & dogmata.* ibid.
*Stoici notantur à comico.* 166
*Stoici omnium ſeueriſſimi* 165
*ſubdiales inambulationes.* 17.126
*ſubſanatio ſcurrilitas.* 113
*ſuburbia cõtẽplationibus apta.* 7
*ſuperior, & inferior inãbulatio.* 8
*ſupernum Muſæum* 41
*ſynaulia.* 32
*ſynchruſius riſus.* 213
*ſyntarrhadendra.* 71
*ſyracuſia reliquia.* 188

T
*Tacita deâ* 166
*Tantali multa, & quare.* 101
*Telenicia Echo.* 209
*Tempus pede tacito* ibi.
*Themiſtocles.* 7
*Thucia academica.* 177
*Triops Numen.* 202
*Tuſculani Gymnaſij Numina* 21

V
*Veneta palus Heliconia.* 179
*Verbum æternum ex luminis voce.* 44
*Verbi Rhetoris facundia.* 45
*Verbum ſapientia multiformis.* 44
*Verbi ſedes, & Cathedra.* 43
*Verbum Pythagoricus auditor.* 42
*Verbum academicum.* ibid.
*Veritas inueſtis nuda.* 88
*Verbum in ſuo principio tãquam in Gymnaſio.* 43
*Verona Philarmonica.* 179
*Vicentina Muſæa.* ibid.
*Vinum riſus, & laſciuię parens.* 215
*Vinum erroris epotum.* 55
*Viriditas oculo gratiſſima* 34
*Vmbrę ſtudiorum adiutrices* 33.34
*Volucres Philoſophos demulcent.* 32.

X
*Xenocratis cauſsâ flagirita Gymnaſium in Lycęũ tranſfert.* 122
*Ximenij academia.* 7
*Xyſtus Xyſtici, & Xyſta.* 17.126.
*Xyſti opere calato.* 127

Z
*Zeno in Stoâ docet.* 163
*Zenonij ſtoici.* ibi.
*Zetetici academici noui.* 148

FINIS.

N. J. 145

Digitized by Google

Digitized by Google

11956